



Pa. 28.

24

1707

9  
51352

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,

DN. FRIDERICO AVGVSTO,  
PRINCIPE REGIO, ATQVE ELECT. SAX. HEREDE  
ETC. ETC. ETC.

DISSERTATIONEM

DE

COLORE SACRO,

ET SPECIATIM

VESTITVS

SACERDOTALIS,

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA,

PRO LOCO

IN AMPLISSIMA FACVLTATE PHILOSOPHICA  
SIBI BENEVOLE CONCESSO,

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SISTIT

P R Æ S E S

M. JOH. CASPAR. Grause /

ROSVINO-MISNICVS,

RESPONDENTE

JOH. SIGISMVNDO SELTMANNO,

ANNÆBERGA - MISNICO,

AD D. XXI. OCTOBR. ANNO MDCCVII.

IN AVDITORIO MAJORI.

WITTENBERGÆ, LITERIS MEYERIANIS.



P. 413.







DE

COLORE SACRO, ET SPECIATIM  
VESTITVS SACERDOTALIS.

**C**olorem rebus sacris, & speciatim Vestitui Sacerdotali dicatum, Numine adjuvante, descripturi, pro ratione temporis eas, quas Physici passim circa colorem movent controversias, non morabimur. Sit ita, quod colores aliter describant, ac distinguant veteres: Pythagorei (a) item Plato (b) Aristoteles (c) Zeno Stoicus (d) Democritus (e) Epicurus (f) Aristarchus Samius (g) aliiqve (h) aliter vero nostri ævi scriptores (i) neutram tamen partem, quia nos historiæ potissimum studemus, amplecti nobis videtur integrum. Adeat, quæsumus, Ben. Lector, si placet, eos, qui majorem in hoc studiorum genere operam posuerunt, (k) & nos, quibus accuratiores dividendi, ac colores distinguendi rationes (l) jam non sunt curæ, loqui cum vulgo, & sentire cum eruditis patiatur. *Sacrum* vero Colorem, quo de rationem reddere nostrum est, potissimum vocamus, quia cum rebus, & personis sacris, publico nomine attributum fuisse legimus. Efficiat Divinum, quod veneramur, Numen, ut hic labor, quem & ipsi sacrum esse volumus, in ejus gloriam, nostram vero utilitatem cedat felicissime!

(a) ap. Aristotel. de Sens. & Sens. 3. (b) in *Timæo. conf. in Men.* (c) *Libr. de Color.* (d) ap. Plutarch. *Plac. Philos.* 15. (e) Plutarch. *adv. Col.* (f) ap. Epicur. in *Libr. adversus Theophrast.* II. (g) Stobæus *Ecl. Phys.* 19. (h) *Petr. Gassend. Phys. Sect. I. Libr. VI. Cap. XVII. de Colore Tom. I.* (i) Scaligeri *Subtil. Exerc. 325. Sect. IV. seqq.* Kircher. in *Mund. Subterræn.* Libr. VIII, *Sect. I. Cap. V. & VI. in Art. magn. Luc. & Vmbre Libr. I. Part. III. Robert. Boyle Tr. Exper. & Confid. de Color, Philos. Nova ac Vet. Burgundica Part. 3. Cap. 10. Concl. 1. p. 724. Scheffer. de Art. Ping. §. 41. p. 155.* (k) *Aristot. de Color. cum Comment. Sim. Porrii, Averrois de Color. Tom. VII. Oper. Arist. Thylestii de Col. it.*

A 2

Lud.

Lud. Dolei. & Cures de Nat. & Different. Color. Ludov. Savotii de Causis Col. Andr. Grandorgei de Nat. Ign. Luc. & Col. Eckardi Tr. de Luc. & Col. adde his supra citat. (l) inter album & candidum, fuscum, & nigrum, atrum, pullum: it. rubrum, coccineum, purpureum, caeruleum, glaucum &c.

## DE COLORE ALBO.

## C A P. I.

## §. I.

Varias apud diversas gentes coloris extitisse significationes, ex sequentibus, dum albo colore *imperia* notari observavimus, ad oculos patebat. Erat enim aliquando insigne imperii Romani, & potestatem designabat. Hinc, cum Pompejus fasciam gereret candidam, regnum affectare creditus. (a) In aula Britannica hunc usque in diem Regi, aut Reginae, albi, in signum Majestatis, baculi, a ministris, quorum hinc est nomen: *the Officers off the white Staff* (b) praefertuntur. Unde & facile, cur in tanto sit pretio hic color apud Reges Galliae, suspicamur. Insigne enim ipsis sunt lilia candidissima, & cera in obsequiis mandatis alba: vexillis quoque, taniusque albis in expeditionibus utuntur bellicis, & an. 1551. d. 11. Febr. sub poena amputandae manus, ne quis alba creta, exceptis metatoribus regis utatur, fuit sancitum. Id num fiat, quod regibus Galliae *la colombe blanche a divinement apporte du ciel le saint buile*, quo primo unguentur & consecrantur, pluribus respondeat Pierre Miraultmont. (c) *Victoriam* porro significat hic color, & *laeticiam*. (d) Quare & currus, & vestes triumphantis, & equi, atque pueri ad habenas, & victima ipsa pro Victoria hoc colore sortem suam exhibebat. (e) Atque ita in conviviis, nuptiis, diebus festis, spectaculis, solutione mancipiorum, veteres *lari*, sine discrimine (f) quamvis alioquin Senatores, equites, & copulenteriores, candidis solum uterentur vestibus (g) albi incedebant. Hic igitur albus color *felix, auspiciatusque*, reputabatur. Quis equidem, albam stellam (h) album diem (i) candida fata (k) pro secunda fortuna, niveosque lapillos (l) pro absolute a poena, & optimo voto antiquo usurpatos, nescit? Romani equidem honores perituri, an in signum *integritatis, eloquentiae, fidelitatis, candoris animi, & innocentiae* (quae albus color denotare dicitur (m)) candida toga amicti (n) tempore nundinarum in comitia venierint, & in colle, unde coram possent videri, confederint (o) penitus inficiari non audent. Enim vero, cum & gentiles servis, qui trans mare advecti venales prostabant, quo a reliquis mancipiis dignoscerentur, alba creta pedes illinrent (p) & Christiani

ffiani suos neophytos (g) & defunctos (r) albis induerent vestibus; magis magisque ea in sententia confirmamur.

§. I. (a) *Sueton. in Vita Caesar. (b) Becmann. Notit. Dignitat. Illustr. Dissert. 6. cap. 2. §. 9. pag. 173. confer. de Cardinalibus Sprenger. Institut. Jur. Publ. Lib. 2. Cap. 35. pag. 310. quæ lectu digna. (c) Limnaus de Jure Publ. Lib. 1. Cap. 11. num. 31. Becmann. l.c. Cap. 1. §. 6. pag. 156. Speneri Oper. Herald. Part. Spec. Lib. 1. Cap. 9. §. 34. Cap. 24. §. 35. Cap. 38. §. 23. seqq. ubi plura. conf. Stryk. Disp. de Cera rubra Cap. 1. §. 24. (d) Rosini Antiquitat. Rom. cum Dempster. Paralip. Libr. 4. Cap. 9. pag. 275. ex P. Manutii de Veter. dier. ratione Cap. 9. (e) Dempster. ad l.c. eod. loco. Servius ad Lib. 3. Æneid. Tondentes campum &c. Plinius Paneg. Cap. 22. Ovidius de Art. Am. 214 Claud. de Bell. Get. v. 127. it. Curtius Lib. 3. Cap. 3. 10. Sueton. Ner. 25. quamvis alio tempore alig color in triumphis placeret. Lampridius in Alex. Sever. Macrobius Lib. 5. dier. gen. cap. 18. (f) Martial. lib. 4. Epigr. 4. spectabat modo &c. Porphyrius ad Horat. Lib. 2. Sat. 2. Ille repotia &c. (g) Martial. Lib. 8. Epigr. 28. Lib. 9. Epigr. 50. Calpurn. Ecl. 7. Aut eques. &c. Juvenal. Satyr. 10. Niveosque &c. Lipsius Libr. 1. Elect. Cap. 13. Laurent. Polymath. Lib. 1. Dissert. 28. p. 58. Stuckius Lib. 2. cap. 26. Antiquit. Conviv. (b) Horat. Libr. 1. Carm. Od. 12. (i) Suidas Tom. 2. f. 29. conf. Porphyrius ad Horat. Lib. 1. Sat. 4. Lib. 2. Epist. 2. Silius Lib. 15. v. 53. Turneb. Lib. 28. Adversar. cap. 35. (k) Alb. Tibullus Lib. 3. Eleg. 6. it. Lib. 1. Eleg. 7. (l) Plutarch. in Apophi. Alcibiad. Ælianus var. histor. Lib. 13. cap. 38. Ovidius Lib. 15. Metamor. fab. 1. plur. Dempster ad Paralip. ad Cap. 9. Lib. 4. Antiq. Rom. Rosini. (m) Chassaneus in Catal. Glor. mundi Part. 1. conf. 38. concl. 62. Becmann. Notit. Dign. Illustr. Diss. 6. cap. 3. §. 2. (n) quæ ereta affrica sapius candida reddebat, unde & Candidati sunt dicti Isidor. & Polybius ap. Rosini. l.c. Lib. 5. cap. 3. Livius Lib. 4. cap. 25. Oël. Ferrarius de Re Vestiaria Lib. 1. Cap. 21. pag. 66. 67. seqq. Lipsius Lib. 1. Elector. Cap. 13. & alibi. (o) Macrobi. Lib. 1. Saturnal. Cap. 16. Alex. ab Alexandro Gen. Dies Lib. 4. cap. 3. Rosini. l.c. cum not. Dempster p. 401. Lib. 7. Cap. 8. p. 497. Lipsius. l.c. & Ferrar. l.c. (p) Plin. Lib. 35. cap. 17. Juvenal. Sat. 1. Alex. ab Alex. l.c. Lib. 3. Cap. 16. (q) infra hujus Cap. §. 10. (r) ibid. infra.*

§. II. Explicata in antecessum hujus coloris significatione nunc ad ipsam λαμπροφορίαν in vestitu ulterius progredimur. Hanc autem esse ἀγυρ-  
λων ἵς (s) Deoque simul gratam, tum quod ipse ἀνθρωποπαθεῖς ita amictus,  
(t) tum, quod angeli (u) & sacerdotes ejus (x) in cultu suo hoc colore vestiti,  
apparuerint, satis liquet, eamque ad animum maxime translata fuisse, idque  
propter sinceritatem, ac mentis puritatem, quæ nos Deo conciliamur, beatorum  
cœtui adjungimur, & quasi divini reddimur (y) alii jam dum sunt opinati.

A 3

Quod

Quod etiam gentiles sane voluerunt, dum *χρώματα λευκά πρέπεισθαι θεοῖς*,  
Diusque grata esse (z) concordibus passim suffragiis affirmarunt.

S. II. (s) *Iob. Casp. Suicer. ex Patribus in Theaur. Eccles. voc. λαμπρο-  
Φοσφα. (t) Dan. 7. 9. Apoc. 1. 14. Ps. 104. 2. (u) Marc. 16. 5. Job. 20. 12. Casp.  
Calvar. Rituale Part. 2. Sect. 3. Cap. 23. (y) Høpping. de Jure Insignium. Cap. 9.  
S. 3. membr. 2. (z) Plato Leg. 12. Cicer. Lib. 2. de Legibus. Alex. ab Alexand.  
Lib. 4.*

S. III. In cultu, cujus ipse Deus auctor est, Levitico hic color in  
primis, ubi vestes Sacerdotum in כנרי כהן הריניס Vulgares, כנרי זהב,  
aureas, כנרי לבן & albas distingvuntur, (aa) locum habet. Vestes primo  
sc. *Vulgares* erant: tunica talaris, femoralia, tiara, & baltheus, tam  
Antistiti summo, quam inferioribus Sacerdotibus communes. Omnes: u-  
tem hæ, baltheo, qui solus versicolor (bb) erat, excepto, ex שש bysso, s. lino  
Ægyptiaco, filo sextuplicato fuerunt confectæ. (cc) At istud linum, quod  
xylinum (\*) quo indutos Ægyptiorum Sacerdotes fuisse (dd) legimus,  
nonnulli vocant, nive erat candidius, adeoque magno prostabat pretio.  
(ee) *Aureæ* deinde vestes, quibus induebatur Sacerdos summus, numerantur  
octo, earundemque quatuor illæ sunt communes, paulo ante enumeratæ;  
quatuor autem reliquæ, quæ sunt Palliolum, Ephod, Pectorale, & Corona (ff)  
ipsi soli assignantur. Vestes porro *albæ*, quibus Pontifex summus semel  
quotannis, die sc. X. Tisri, quo Sanctum Sanctorum intrabat, utebatur, erant  
peculiares. Sunt equidem non, nisi tunica talaris, femoralia, tiara, & baltheus,  
adeoque vestes quotidianæ, quæ tamen hoc singulare habuerunt, quod ex lino  
Pelusiaco, pretioso, ac candidissimo, ante solennis expiationis diem de inte-  
gro conficiebantur, & post dictum diem in templo nulli in posterum usui  
futuræ deponerentur. (gg) Atque hoc eodem die, quo ita albatu Sacrorum  
Antistes incedebat, reliqui veteres Judæi huic quoque colori maxime stude-  
bant. Hi enim diligentissime duos hircos, si fieri poterat, albos (bb) alte-  
rum in desertum emittendum, alterum vero immolandum, procurabant,  
Fasciam itidem rubicundam, supra ostium templi suspensam, postea vero  
cornua hirci emissarii vincientem, ubi albescebat (ii) in gratiæ divinæ erga  
populum signum interpretabantur. Albo amplius amictu ferali, quem spon-  
sa sponso miserat, hoc die induti (kk) pie incedebant, quod virginis Hiero-  
solymitanas, candidissimis ut se induerent hoc die vestibus, movisse (ll) per  
vero simile videtur. Et idem quoque est, quod hodierni Verpi die decimo, quem  
dixi, Tisri, quo unusquisque amictu suo ferali indutus, alteri sua professus  
peccata deprecatur, (mm) maximopere observant. Hac enim die Judaicus  
quoque



## VESTITVS SACERDOTALIS.

quoq; paterfamilias singulis familiae suae membris,habita tam e sexu ratione  
singulos gallos albos, ac gallinas procurat, & pedibus haec animalia arripiens  
circa caput suum in gyrum versa trucidat. Quo facto, cum exclamavit ex **Exl**  
**1.18.** **וְגַי וְגַי חֲטִיאתְכֶם וְגַי** sacrificium expiationis Deo gratum se fecisse,  
sibi persvadet. (*mm*) Sed ad veteres Hebraeos denuo revertimur, & ultimo tan-  
dem loco Sacerdotem, cui vaccam rufam comburere erat demandatum, al-  
bis indutum vestibus contemplamur (*nn*) ubi etiam, Sacerdotes, quod albas  
haec vestes extra munus, quia communitunc incedebant vestitu, (*oo*) mini-  
me adhibuerint, notari arbitramur. Antifitem enim summum, more pra-  
cipuorum, extra munus album (*pp*) incessisse, quod imitatos esse, ut albi in-  
cederent Judaeorum Esaeos (*qq*) quomodo quidam putant, neutrum nondum  
nobis videtur satis probatum.

§. III. (*aa*) R. Mos. Maimonides in **הלכות כלי המקדש** Cap. 8. Bux-  
torff. *Hist. Vr. & Thumm.* Cap. 1. p. 271. 272. Leydecker in *Republ. Hebraor*  
*passim. conf. & Cuneus de Republ. Hebr.* (*bb*) R. Levi Barselon. ap. Hottinger  
*de Jure Ebr. num. 99.* Joseph. lib. 3. antiqu. cap. 8. Selden. Lib. 2. de *Success.* in  
*Pontif. cap. 7.* Cuneus l. c. Lib. 2. cap. 1. Braum. Lib. 2. cap. 3. *Vestit. Sacerd.* (*cc*) Jo-  
seph. Lib. 3. l. c. Hieronymus ap. Casaubon. *Exercit. 16. Sect. 84. p. 555.* R. Levi Bar-  
selon. l. c. R. Abarbanel *Exod. 25.* Seldenus l. c. Leusden. *Philol. Hebr. mixt. Dis-*  
*sert. 27. conf. Philo Lib. 3. de Vita Mos. p. 522.* Braunius de *Vestitu Sacerdot*  
*pluribus.* (*dd*) Plin. *Hist. Nat. Lib. 19. cap. 1.* Polyd. *Virgil. de Inveni. rer. Lib. 4.*  
*Cap. 7.* Salmuth. *not. ad Panciroll. de reb. deperdit. p. 26.* Dieterich. *Antiqu. Bibl.*  
*ad Exod. 28. 2.* Bochart *Hierozoic. Lib. 2. Cap. 45.* Saubertus de *Sacrific.* *Ver.*  
*cap. 9. (\*) Junius & Tremellius, Piscator, Villalpandus, Prado in Bonfrer. ad*  
*Exod. 25. 4. v. Poli Synopf. Critic. ad Exod. 25. 4. & Ezech. 27. 7.* (*ee*) Buxtorff.  
*Lex. Rab. Talm. in פרוי Schindler Lexic. Pentagl. ead. v. & שש Seldenus l. c.*  
*Dieterich. l. c. ad Esai. 19. vers. 1. & Polus. ll. cc. Arnold. Boor. Animadv. Sacr.*  
*in Vet. Test. 3. 4. 5. 8. & c. Braunius l. c. Lib. 1. Cap. 2. & Cap. 6. tot. de שש. (ff)*  
*Braunius laud. l. c. Lib. 1. Cap. 2. p. 14. 15. 16. & c. doctissima ubi pluribus vide.*  
*(gg) Levit. 16. 29. Cap. 23. 27. Lev. 25. 9. Numer. 29. 7. Talm. Massechet. Joma.*  
*& doctiss. Sberinghamii Not. R. Levi Barselon. ap. Hottinger. de Jure Ebeor.*  
*num 99. Schindler. Lex. Pentag. in כגג Cuneus. l. c. Selden. de Success. in Pon-*  
*rif. Lib. 2. cap. 7. Goodvin Mos. & Aaron de die Exp. Lundii Jüdische Heilige*  
*thümer. Lib. 3. Cap. 3. Lib. V. cap. 19. ii. & Leydecker de Republ. Hebr. conf. Jom*  
*Tof in Tosephot & Gemara Hierosolym. Massechet Joma & c. ap. Braunium l. c.*  
*Lib. 1. Cap. 7. de Vestibus albis Pontif. max. (hh) Joma cap. 3. Sect. 6. seq. Sbering-*  
*ham. not. & Jom. Sect. 1. cap. 6. nigri tamen etiam esse possunt hirci. Lundius*

Jüd.

l.c. Lib. V. Cap. 19. n. 16. conf. seqq. num. citatos aut. (ii) *Erfchmuth. Dissert. prior. de Hirco emissar. §. 5. seq. Dieterich. Antiquit. Bibl. Ps. 50. 10. 11. pag. 451. Esf. 18. Jom. Cap. 6. Sect. 6. & 8. Talm. Shabbat Cap. 9. Sect. 3. Vrfin. Analec. Lib. 1. Part. 1. §. 28. Sberingh. in not. ad Jom. l.c. conf. Raymundi Pugio Fidei cum Voifin. not. Part. 2. Cap. 8. §. 16. & 18. Galatin. de Arcan. Cathol. Verit. Lib. 4. Cap. 8. R. Jud. Leo de templo Cap. 22. §. 189. Lib. 2. Quistorp. ad Lev. 16. 6. Bochart. Hierozoic. Part. 1. Lib. 2. cap. 54. p. 556. Lightfoot Hor. Hebr. Talm. ad Matth. 26. 3. Lundii Jüd. Heiligthümer l. c. Jurieu in Histor. Critique Part. 2. chap. 14. conf. Disputat. de Peccat. Coccineor. Albed. Clar. Abichii Lips. 1705. hab. (kk) Rittangel. Hochfeuerl. Solemnitaten. Cap. 17. Jom. Cap. 8. Sect. 8. & 9. Buxtorff. Synag. Jud. Cap. 25. & 26. Hortinger. l. c. num. 184. vid. seq. (ll) ex Bava Basra Carpzov. in not. ad Schickard. de jure regio Hebr. cap. 5. theor. 17. quæ Virgines etiam egrediebantur d. 15. Julii vestibus albis induta & choræas ducebant in vineis: ubi simul juvenes alloquebantur: Attolle adolescens oculos tuos & vide, quam tu velis eligere ex omnibus: ne respicias pulchritudinem, siquidem fallax est, at eam, quæ Deum timet, laudes. Carpzov. l. c. Schindl. Lexic. Pentagl. voce גָּדְרִי ex Talm. Novarinus Sched. Lib. 3. cap. 25. (mm) Fr. Alb. Christiani Jüden Glaube und Aberglaube Cap. 14. de Fest. Expiat. a M. Christ. Reinecc. ed. p. 102. 106. 108. Buxtorff. l. c. Rossei de Relig. mund. 9. 50. Lib. 1. conf. Leo Mutinens. Part. 3. Cap. 6. num. 2. de Ceremon. & Consuet. Jud. Geier. de Luctu Ebr. & Calver. Ritual. Pars 1. Lib. 3. Sect. 1. Cap. 2. quod Vet. & hodierni Judei primordio novi anni etiam albati inceserint vid. citat. aut. (nn) Masfch. Talm. Parah. Adumah. Cap. 4. Sect. 1. & Maimonides multis ad Misch. Cod. Parah ad verba לבן בגדי conf. erud. Disp. Carpzov. de Vacca rufa. (oo) Selden. de Success. in Pontific. l. c. (pp) Lundius l. c. Cap. 8. Lib. 3. ex Sberingham. Jom. p. 156. (qq) Rosse. Relig. mundi Lib. 1. Qv. 19. (\*) In genere si de vestibus Sacerd. Levit. cupis, evolve supra passim citat. autores, & qui instar omnium, Clar. Braunium in Libr. de Vestitu Sacerdotali erudite conscripserunt.*

§. IV. Non vero solum in cultu Levitico nostrum album colorem magno in pretio, sed & omnibus fere gentibus in usu fuisse (rr) ea, quæ ex istarum Sacris collegimus, rem satis confirmabunt. Orientales enim sacerdotes (ss) in primis Syrorum Hieropolitanorum (tt) Arabum (uu) & Persarum Veterum (xx) & hodiernos apud hos religionis Muhamedanæ religiosos Sejid, (yy) una cum Dervis Turcarum monachis, (zz) qui jejuniis, paupertatis, ac vulneribus sibi infligendis studiosi magna apud hanc gentem sunt autoritate, albis omnes incedere vestibus, relatum legimus. Sacerdotes vi vi istius idoli, magni Lamæ, in regno Tartariæ Tanguthano celebris, alba læna

orna-

ornatos (aaa) infra producemus, jam ulterius *Talpoys* Sacerdotes regni A-  
racan, qui Idolo suo albas, ac bene olentes cum floribus afferunt vestes, quive  
ipfi in albis vestibus, quibus maximam adscribunt sanctimoniam, plane ἄ-  
γαμοὶ in templis suis solitariam agunt vitam (bbb) prosequimur; simulque  
cum his in scenam producimus tam Idolatras *Pagoda Damañe* in *Calecut*,  
qui, annexis argenteis in pedibus tintinabulis, vestibusque albis superbientes,  
albos immolant gallos (ccc) quam ipsos *Ethiopum* in Insula *Celebes* Sa-  
cerdotes, quippe qui, augendæ religionis Muhamedanæ ergo, utramque Ori-  
entis Indiam longis amiculis candidati (ddd) pervagantur. Tacite vero  
jam præterimus *Chinensium* Religiosos albos (eee) cumque isti, cum suis ni-  
gris, flavis, & rubicundis ordinibus maxime hæcenus nobis innotuerunt,  
*Brachmanas* Indorum visitamus, quippe quorum vestes candidæ ex lapide  
Amianto (Plin. Asbestino) ita describuntur confectæ: *κρῶσις δὲ ἐστὶν τι-  
μιή τῇ ἐν πᾶσι. λίθων τὰ μέρηματα μαλακὰ, καὶ δέματα, ὃ δὲ συν-  
υφάνισον, ἐξ ὧν ὑφάσματα γίνονται, μήτε πυρὶ καίονται, μήτε ὕδατι κα-  
θαίρονται, ἀλλ' ἐπειδὴν ῥύπον, καὶ κηλίδας ἐμπληθῆ, ἐμέλθηθαι εἰς  
φλόγα λυκὰ, καὶ διαφανῆ γίνονται.* (fff) *Ægyptiorum* amplius Sacerdo-  
tes (ggg) si in Africa prosequimur, huic etiam colori albo in vestitu suo tena-  
citer adhæsisse, *Isidis* sacra in albis maxime vestibus celebrata fati testantur.  
In iis enim Sacerdotes ἐνδεδύκασιν κιδῶνας λευκὸς περὶ τὰ σκέλεα *Θυσσανω-  
της*, ἢς καλεῖσιν αλασπίς, ἐπὶ τῶν τοιοῦτων δὲ εἰρήνεια ἔματα λευκὰ ἐπαναβληθῶν  
Φορέσων. (bbb) In pompa quadam Deæ hujus, omnis quoque ætatis, & di-  
gnitatis viros, & fœminas habuisse linteas vestes, candore luminosas, & anti-  
stites, sacrorum proceres, candido linteamine cinctum pæctorale, ad usque  
vestigia gessisse (iii) legimus, unde & est, quod horum *Ægyptiorum* cohortes  
apud Poetas sub schemate gregis linigeri, & linigerorum (kkk) producuntur.

S. IV. (rr) *H. Grotius* ap. *Matth. Polum* in *Synops. Critic. Lev. 16. 4.*  
*Dygius* in *Annal. Sacr. Excurs. 45. p. 291.* *Marsham. Canon. Chronic. Sec. 9.*  
*p. 219. §. 4. conf. Cluver. Lib. 1. Antiq. Germanicar. C. 35. (rs) Chytraeus* in *Com-  
ment. in Apoc. Cap. 17. p. 317.* (tt) *Roffeus Relig. Mund. qu. 3. Part. 2. p. 78.* *Vr-  
sinus Analest. S. Vol. 2. Lib. 2. num. 26.* (uu) *Roffeus l. c. Lib. 2. qu. 6.* (xx) *D. o. o.*  
*Laetius Prasat. de Vit. Philos. p. 5. Curtius Lib. 3. Cap. 3. ubi ἔ currum ἰοῦν*  
*sacratum albescentes rebebant equi, ἔ albe vestes regentes equos adornabant.*  
(yy) qui ab *Aly magno Persarum Calipha* ortum trahere sibi persuadent. *Dav-*  
*Nerretet. in Not. ad Roffeum. l. c. qu. 7. Lib. 2. not. 4. ex Oleario ἔ Sanson. Pe-*  
*regrinat. (zz) E. G. H. Thesaurus Exotic. in Descript. Nat. p. 211. 212. ex Bus-*  
*bequio. (aaa) E. G. H. Thesaur. ibid. vid. infra in flavo. (bbb) Waltb. Schu-*

zens Peregrinat. Orient. Lib. 2. Cap. 5. p. 96. (ccc) Nerreters. Not. ad Rosseum l.c. Lib. 2. qu. 4. annot. §. 1. (ddd) Schulzius in Peregr. Orient. Lib. 2. Cap. 12. pag. 64. (eee) Rosseus Relig. M. Lib. 2. qu. 16. (fff) Braunius de Vestit. Sacerdot. Hebr. Lib. 1. Cap. 6. p. 103. ex Hierocle, ubi tamen Philostratus, vestibus usos fuisse lineis, Lib. 2. c. 9. perhibet. (ggg) Herodotus Histor. Lib. 2. Cap. 18. ii. Lib. 2. Cap. 38. Plinius Lib. 19. Cap. 1. apud Salmuth. in Not. ad Panciroll. Lib. deperd. de byss. Apulejus Apolog. Conf. ejus Lib. 2. Melesiar. Alex. ab Alex. Gen. dies Lib. 4. p. m. 1093. Braunius l. c. (bbb) Herodotus Lib. 2. cap. 81. (iii) Sreton. in Vita Oribon. l. Apulejus Metamorph. Lib. XI. p. 418. Plutarchus de Iside ap. Marshamum. Can. Chron. Sec. 9. (kkk) Juvenal. Sat. 9. Sil. Italic. Lib. 3. Martial. & Ovid. ap. Salmuth. l. c. not. ad byss. p. 26. Virgil. ap. Dygeum ad Exod. 39. l. c. Conf. Rituale C. Calvar. Part. 2. Sect. 3. Cap. 24. §. 4. p. 490.

§. V. Sed, mari transmissio, nunc in Graciam tendimus, ibique Sacerdotes, albis (lll) etiam vestibus indutos, contemplantur. Horum vero consuetudo, num a Pythagora, qui perpetuo ἐδίητι ἐχρήτο λευκή καθαρά (mmm) vel discipulis ejus, qui itidem θεοῖς ἀσέμει ἐϋφημίας λευχειμονῶσι, ἅ γυμνάσι, (nnn) sit derivanda, alii, qui ita opinantur, defendant. (ooo) Augur equidem Græcorum alias toga candida poscebat auguria, & Macedonum vates eodem amictu, auream gerens coronam, vaticinabatur. (ppp) Quod Athenienses ita huic colori adhererint, ut scurræ eos, qui candidati prodibant, ὀλολυγμῶς vocarent (qqq) edocemur, eoque magis, quod & ipsum Demosthenem, ex Æschine, εὐφροσάμενον καὶ λευκὴν ἐδίητα λαβόντα bovem maculasse legitimus (rrr) reddimur certiores. Quis in Prytaneo, quicunq; Vestæ sacrificarunt, albis amictos fuisse vestibus (sss) nescit. Immo, hos Athenienses, in sacris non vestes solum, sed etiam calceos, quos phæcasia vocarunt, cum Alexandrinis, albos gestasse, certo certius jam exploravimus. (ttt)

§. V. (lll) Rosseus l. c. Lib. 4. qu. 19. ap. Trogill. Ankiel de Cimbr. Religion. (mmm) Jamblicus in Vit. Pythagor. cap. 28. (nnn) Diog. Laert. in Vita Pythag. Conf. Virgil. Æn. ap. Dygeum l. c. Excurs. 45. Alianus Lib. 12. var. histor. (ooo) Anglus citatus Dygeus d. l. (ppp) Curt. cap. 18. Lib. 4. Alex. ab Alex. l. c. Lib. IV. cap. 19. (qqq) Theophrasti Charact. cap. 22. ii. & Alexander in Vlysse ap. Athenæum Lib. 6. cap. 9. λαμπρός τις & c. quamvis alio tempore ita apud Græcos alba vestimenta usurpari consueverint, ut vestis infestæ usus in populi conventu lege esset interdictus, solis sponsis usu pallii βαπτῆ permissio. Ferrar. de Re Vestiar. Part. 2. tot. lib. 4. (rrr) ap. Braunium l. c. Lib. 1. cap. 11. §. 165. (sss) Plutarch. conf. ad Apollin. Theophrasti. περὶ μίμοφιλοῦ. (ttt) Appianus de bell. civil. Lib. V. Alex. ab Alex. l. c. Lib. 2. cap. 8. Balauinus de Calceo Antiqu. Cap. 19.

Cap. 19. de Phœcaf. p. 193. Cboulus de Relig. Antiquor. Romanor. p. 77. 277. 279  
298. it. Octav. Ferrar. in Analect. Cap. 31. cap. 32. & c. quomodo huc pertineant  
calcei papyraci, de quibus Herodot. lib. 2. cap. 7. & qui adhibiti in Sacris Iſidis  
ap. Terullian. in Carmin. ad Senator. cap. 2. quamvis Prudentius Lib. Peristeph.  
hymno 14. v. 154. ſeqq. diſſentiat, diſſquirant alii. vide inter cit. Baldwin, de  
Calceis papyr. ſparteis, juncis, Cap 3. p. 18. 19. It. de Calceis linteis, in ſacris ad-  
hibitis, Vdonibus ſcilicet, vid. Herodian. Lib. V.

§. VI. Romanorum deinceps ſi ſpectamus Sacerdotes, non paucos  
eorum cum iſtis Auguribus aliquando, qui Sacerdotibus annumerantur  
(uuu) albis indutos fuiſſe veſtibus (xxx) hiſtoria dubitare nos non ſinit.  
Jovis enim (yyy) Herculis (zzz) & Cereris &c. (aaaa) Sacra albis fuiſſe ce-  
lebrata veſtimentis, eſt in propatulo; & Flamines Fidei albo panno  
caput habuiſſe involutum, & manu itemque candido operata panno, propter  
candorem animi, & ut ſecretam eſſe debere fidem oſtenderent, ſacra feciſſe  
(bbbb) neminem fugit. Vnde itaque *cana fides* Poetis, & *cavis* albus fidei  
ſymbolum paſſim ab autoribus memoratur. (cccc) Virginibus, Deæ *Veſta*  
ſacris, quod & *μύρω*, & *ἀνθερω*, & *ἱμαλία χρῆσται* *συνεχωρῶντο* *πλήν*  
*λευκῆ*, vetuſtas teſtatur. (dddd) Cum enim ſacrificarent, veſtimentum al-  
bum, quadrangulum, oblongum, quod ſibula, unde *ſuffibulum* dictum, com-  
prehendebatur, in capite geſtabant (eeee) Pro *Victoria*, cujus & ipſa victima  
alba, ſacra faciens, more Romanorum, & Athenienſium, veſte ejusdem co-  
loris amiciebatur (ffff) Miſſum jam facimus Flaminem *Dialem*, (gggg) qui  
ſolus album galerum gerebat, vel, quod maximus erat, vel, quod ex Jovi im-  
molata hoſtia alba, *Idulis* dicta, conficiebatur. Mittimus etiam Fratres *Arva-*  
*les* (bbbb) quorum inſigne erat ſpicea corona, & albæ infulæ, quibus & *Ac-*  
*ce Laurentiæ* ſacerdotes eadem corona ſpicea, & albis vittis ſuperbientes,  
jungimus. (iii) Mittimus denique gentilium *vates*, qui infula, & faſciola ſa-  
cerdotali alba in modum diadematis paſſim utuntur. (kkkk) Cumque Veteres  
ipſos Deos, Deasque albis veſtibus perſæpe amicirent (llll) & eos, qui inter  
Deos erant relati, albos efficerent (mmmm) Gallorum ruſticorum morem,  
quo dæmonum ſimulacra, candido teſta velamine, per agros ſuos circumfe-  
rebant, non amplius miramur. (nnnn)

§. VI. (uuu) *Peucerus de Divinar. Tit. de Aruſpic. fol. 201. Trogillus Arntiel*  
*de Cimbr. Religion. Vid. & illuſtrat. in Virgil. Eneid. VI. v. 188. Carl. Ruſæi, ubi ex*  
*Plinio L. 9. c. 39. de trabea albi coloris Augurum plura. (xxx) Dygæus in Annal.*  
*S. l. c. (yyy) Eneſtella Lib. 1. de Sacerdot. Rom. cap. 5. (zzz) Silius Ital. Lib. 3.*  
*de Bell. Punic. Velamine corpora lino & c. (aaaa) Ovid. Lib. 10. Metam. Feſta pro*

*Cereris* & *Lib. Faſtorum: Alba decent Cererem* & *Tertull. Lib. de Pallio. Huius vero victima, cum Jovis, Herculis, Junonis, & Veneris victimis erant itidem alba.* (bbbb) *Livius Lib. 1. Cap. 21. Servius Aſaurus ad Lib. 1. Aeneid. Cava ſides.* & *C. Staius Lib. 1. Thebaid. Symmachus Lib. 4. Epist. 42. (cccc) Anſelm. Solerius de Pileo Vet. pag. 30. 31. Pomey Pantheon. Myrbic. pag. 271. Et Horat. albo rara ſides colitur velata panno. conf. bbbb. (dddd) Suidas in Num. Pompil. (eeee) Feſtus apud Braunium de Veſt. Sacerd. Lib. 2. Cap. 4. §. 404. (ffff) Plutarchus in Vita Demoſtib. Servius ad illud Lib. 3. Aeneid. Tondentes & C. P. Manut. de Veterum dier. ratione (gggg) Gellius Lib. 10. cap. 15. *Rofin. Antiqu. Rom. Lib. 3. Cap. 15. & 16. (hhhh) Roſin. l. c. Lib. 3. cap. 6. (iii) Pomponius Letus Lib. 2. de Sacerdot. Rom. cap. 3. (kkkk) Iſidorus in Origin. Lib. 19. cap. 30. (lll) U. Pacem ap. Calphurn. Sic. Eclog. 1. v. 53. Tibullum lib. 1. Eleg. ult. Peironium in Civil. Martiat. Lib. 8. Epigram 64. Dempſter. in Not. ad Roſin. l. c. Lib. 3. cap. 21. p. 219. Sic Veritas niveis induta veſtibus ap. Philoſtrat. in Heroic. Pomey Panib. Myrb. & C. (mmmm) Plato Lib. 5. de Republ. Horat. Lib. 1. Od. 2. Plutarch. Lib. de diſcrim. adulatoris & amici. (nnnn) Sulpit. Rhet. Lib. 1. de Vita Martini.**

§. VII. Gallorum vero mentione facta, veteres huius gentis Druidas, & Germanorum veterum Idololatræ itidem alba amictos veſte, legiſſe nos meminimus. Illorum nempe ſacerdos cultus arborem ſcandebat, & falce aurea quod demetebat, candido excipiebatur ſago, quo tandem victima imolabatur. (oooo) Hi autem pura ac candida, quam Numini gratam putabant, veſte (pppp) & ſceminæ horum, quæ caſtra ſequebantur, ſacræ *λευκίμανες, καικαρπασίνας ἐΦανίδιας ἐπιπροπυμείνας* (qqqq) ſacræ faciabant. De *Juneboco*, & *Belboco*, albo Germanorum Deo (rrrr) albisque equis, (ssss) quorum unum *Vandali* idolo ſuo *Schvvantervitt*, nullo mortali opere contactum, ad præſagia ex eo capienda alebant, & de iſtis idoli *Herovir*, ſeu Martis ſacerdotibus, olim cultu ſuo *Wolgaltæ* celebribus (tttt) multa non dicam. Abſit vero, ut *Cimbrorum* Sacerdotes, albo veſtitu (uuuu) inſignes, *Gothorum*que ſceminas (xxxx) fatidicas, capillo cano, candido veſtitu, carbafinis ſagulis, æneoque cingulo ornatas, plane ſilentio prætereamus: cum & ipſos *Americanos* (yyyy) quorum plurimi, præ omnibus vero *Mexicani* (zzzz) albis veſtibus in ſacris inceſſerunt, in ſcenam hanc idololatricam producere, haud inſtituto alienum arbitramur.

§. VII. (oooo) *Plinius Hiſtor. Lib. 16. cap. 43. & Delechamp. not. ad Plin. c. 24. Lib. 16. conf. Cal. Rhodigin. Lib. 18. cap. 21. Cluver. Antiqu. Germ. Lib. 1. cap. 24. Voſſius de Idololatr. Lib. 1. cap. 35. (pppp) Alex. ab Alex. Gen. Diet. Lib. 4. cap. 17. (qqqq) Braunius l. c. Lib. 1. Cap. 9. §. 164. Conf. de ſorte in veſte*

veste alba Germanor. Tacitus de mor. Germanor. cap. 10. (rrrr) (ssss) Nerreter in Nor. ad Rosseum. l. c. ex Lindebrucho & ad qu. 3. & 4. Cramer. 1. Lib. der Pommerischen Kirchen Historie, Conf. de albis eqvis sacris Cyri ap. Herodotum Lib. 1. & 7. Coleri Nota in Tacit. de Mor. German. cap. 10. De eqvo nigro, videm ad prasagia capienda alto, Stephan. in Lib. 14. Saxon. p. 321. (ttt) ex Cbrist. Arnoldo Nerreter. l. c. (uuu) Olaus M. Lib. 3. Cap. 8. (xxxx) Ex Strabone Trog. Arniel in de Cimbr. Relig. Rosse. l. c. qu. 4. lib. 5. (yyyy) Arnold. in Gentilismo cap. 40. p. 992. Job. Lud. Gottfriedi Histor. Antipodum. Lib. 1. p. 38. (zzzz) Nerreter in Nor. ad Rosseum l. c. lib. 3. qu. 15. annot. §. 1.

§. II. Atq; ideo, quantum Idololatria huic colori albo indulserit cognito ad eos, qui Christianos se profitentur, progredi operæ esse pretium putamus. Tametsi vero, ac si ante IVtum seculum Clerici a Laicorum turba non, nisi morum sanctitate, dignosci potuerint, plerique sunt opinati (α) neutiqvam tamen, quod quidam, Apostolos, eorumque discipulos albis ufos fuisse vestibus asserant, (β) enarrare non possumus. Enim vero, de Monachis Apostolicis, an. 530 ex philosophis in Britannia Bannocorensibus ortis, melote, pellibus, cucullo, candidaque stola, more apostolico, unde & ipsis Apostolicorum nomen, indutos fuisse, res per se est clara. (γ) Multos etiam postea Religiosorum huic colori in vestitu suo adhæsisse, multumq; sanctitatis adscripsisse, sequentes testantur. *Camaldulenses* enim monachi, a campo Camaldulo sic dicti, in perpetuo silentio, candidis, ob visionem *scala*, qua ex campo Camaldulo in celum homines candido amictu ascenderint, (δ) vestibus studuerunt. *Cartusiani* per omnem vitam itidem fere taciti, esum carnis, & mulierem fugientes, cum cilicio, & nigro pallio, candidam togam, atq; cucullum gerunt. (ε) *Humiliatos*, nisi a Pio V abrogati essent, hodie adhuc albo suo vestitu amictos (ζ) videremus. Videre tamen eos in *Dominicani*, ex *Humiliatis* Sec. XIII. ut videtur, ortis, nobis adhuc integrum. Candida enim tunica, nigro palliolo superinjecto, quem vestitum Dominicano euidam a B. virgine ostensum fuisse fabulantur, hactenus sunt usi. (η) Isti ulterius, quibus a loco præmonstrato nomen est, *Præmonstratenses*, albam quoque tunicam, lineam togam, & candidum pallium, quo ab aliis Canonicis, quorum pallium est nigrum, distinguantur, gestant (θ) De *Templariis*. (i) qui pro insigni pallium candidum, cui postea crucem rubram addidere, gesserunt, ut & de *Albais* (κ) hæreticis an. 1389 (alii vero 1399) ortis, qui, sanctimonix studiosi, albis induti vestibus, in Italiam venerunt, sub tegmine vero innocentix varia commisisse flagitia dicuntur, multa recensere super sedem. At enim, ut de *Pallio Archiepiscopali* quidpiam exponamus, ejus pretium maxime svadet. Est scilicet fascia tan-

tum lanæ, colore albo, tribus circiter digitis lata, & in modum circuli contexta, quæ super humeros imponitur: ex eo circulo alia similis fascia antepectus; alia deorsum ex opposito pendet; duæ vero super humeros dimittuntur, quæ fasciæ purpureis crucibus sunt insignitæ. (λ) De lana ex agnellis consecratis, ad altare primo S. Agnetis, deinde super corpora D. Petri, & Pauli feposita, ex qua conficitur pallium, alii pluribus copiose docebunt. (μ)

§. VIII. (α) Rhenanus ad Lib. Tertull. de Pallio. Ferrarius Lib. 4. de re Vestiariæ. cap. 18. Henr. Valesius Annot. ad Euseb. p. 122. Aringbius Lib. 6. Rom. Subterranean. cap. 18. Steph. Baluzius not. ad Gall. Narbon. Conc. p. 26. Lud. El. du Pin, tom. 1. Biblioth. nov. p. 353. Casp. Calvoer Ritual. Part. 2. Sect. 3. Cap. 25. aliique. (β) In Veteri Arab. Libello de Vitis Evang. & Apost. Alstedius in Chron. tit. 10. p. 104. conf. Dygeau in Annal. S. Excurs. 45. (γ) Barleus Cent. Brit. c. 16. Stumpbius in Chron. Helvet. (δ) Polyd. Virgilius Lib. 7. de Inventor. rer. cap. 2. Hildebrand. de Religios. eorumdemque variis Ordinibus. Sabellicus Ennead. 9. Lib. 2. (ε) Petr. Cluniacensis de Miraculis Sanct. Cap. 28. P. Virgilius l. c. Lib. 7. cap. 3. (ζ) Joach. Hildebrand l. c. p. 54. Tir. Humiliat. (η) Hildebrand ibid. Tit. Dominic. p. 63. & 64. §. 1. & 2. (θ) Barleus Scriptor. Britannic. Cent. 3. cap. 34. P. Virgilius l. c. p. 577. (ι) Jac. de Vitriaco in Hist. Hierosolym. Lib. 1. cap. 31. Æg. Strauch. Dissert. de Templar. (κ) Sturmius in Promptuar. Goiban. Historia Eccles. Lib. 2. c. 4. ex Patina Chron. (λ) Cardinal. Job. Bona Rev. Liturgic. cap. 24. Theod. Sprenger Rom. nov. Lib. 3. c. 2. Ziegler. ad Instit. Lancelotti Lib. 1. Tit. 2. §. 1. Speidellius in Speculo, voc. Pallium (μ) Conf. ut. ant. & Dissert. de Omophorio Episc. Grec. Job. Andr. Schmidii. Helmst. De albis mitris Episcoporum. Vid. Hildebrand Sacra Publ. Vet. Eccl. ubi de Orario, Colobio, & Dalmatica quædam habet. p. 18. 19. 20.

§. IX. De Alba nunc, cingulo, manipulo, stola, & casula, sandaliis, & caligis, dalmaticis, planetis &c. Romanæ, Ecclesiæ plura, quæ huc pertinent, possemus addere, nisi hunc colorem album nostræ Ecclesiæ, in albis, & casulis retentum, perlustrare magis necessarium arbitrareremur. Hujus enim usum non ex Pontificio cœtu, quippe qui longe ejus initia præcurrit, sed ex veteri, & non depravata Ecclesiæ, quæ candidas præcipue familiares sibi reddebat vestes, & munditiam, ac dignitatem in iis habitare opinabatur (ν) derivamus. Inregritatis autem ac sanctimonie hunc colorem esse signum (\*) divinius codex, dum & Deo (ξ) & angelis (ο) & animabus beatis (π) assignat, satis testatur. Quo adeo non veteres Ecclesiæ commendarunt colorem album, sacris aptissimum. Stromateus jam dum suo ævo usui hujus applicuit (ρ) & cœtus Ecclesiæ very per duo postmodum secula re ipsa comprobavit (σ) usq; dum Synod

Car-



*Caribagenensis* IV, ut Diaconus, tempore eucharistiæ, & lectionis Biblicæ, alba veste indueretur (τ) & *Narbonensis*, ne Diaconus, Subdiaconus, aut lector, prius alba se præsumat eximere, quam Missa consummetur, rite sanxerunt. (υ) Cumque res ita se habeat, jure etiam hunc morem albarum vestium in Ecclesia nostra etiamnum observamus, nec, quando Reformati omnem sacerdotum vestem discretivam, Albasque ante omnia nostras plane damnant (Φ) aut Sociniani hunc ornatum velle longe Fastnacht's Hembden und Narren-Kappen vocant, aliisque dictionibus laceffunt (χ) quidpiam movemur: præsertim, cum a Theologis ad hæc jam dudum satis superque fuerit responsum. (ψ & ω)

S. IX. (υ) *Optime vindicavit hæc Carpz. in Isagog. ad Libros Symb. p. 699. seqq. Job. Lud. Harimann. in Pastor. Evang. p. 919. G. Henr. Gætzæ Sup. Lubec. in Disp. de Vestibus S. in admin. S. Cæn. usitat. §. 2. (\*) Ps. 51. 9. Esaiâ 1. 18. Apoc. 3. 4. 5. (ξ) Supra §. 2. (ο) Ibidem. (π) Apoc. 6. v. 11. cap. 7. v. 9. 13. seqq. Conf. se colores mystice, & moraliter explic. cupis, Durandus in Rational. Officior. Lib. 3. cap. 1. p. 63. Job. Steph. Durantus de Ritibus Eccles. Cathol. Lib. 2. cap. 9. p. 188. seq. Natal. Alexander in Theol. Moral. & Dogmat. Part. 1. p. 439. seq. (ρ) Pedag. Lib. 2. cap. 10. & Lib. 3. cap. 11. Τὸς λευκῆς, καὶ τὸ ὄρθρῳ τῶ ἕνδον λευκῆς, καὶ ἀποπνεύγους ἀπρωδιὰς ἄστρον ἐθάρσει χερῶν &c. (σ) Testes sunt Hieronymus Lib. 1. contr. Pelag. & Chrysostomus Hom. 60. ad Antioch. (τ) Canon. XLI. (υ) Conf. Calvæ Riuali Eccl. Part. 2. Sect. 3. cap. 23. & 25. (Φ) Theod. Beza Volum. 1. fol. 255. ap. Dedekennum in Consil. p. 552. Theologi Anbalmi in Disput. G. Myllii de Carlstadio Redivivo. Gisb. Voënius in Polit. Eccles. Part. 1. Lib. 4. p. 937. Phil. Buchius in Dissert. Academ. de Ceremon. Ecclesiast. Conf. qui mitius censerunt, ut: Polanus, Petrus Martyr in Litt. ad Amic. Andr. Rivetus Tom. 1. Op. Job. Prædeaux. Op. Theol. ap. Cel. Gætzium in Meletem. Anneberg. de Vest. in S. Cæn. adm. usit. p. 641. seqq. (χ) ap. Max. Rev. Gotzium l. c. (ψ & ω) Mylius in Carolst. l. c. Dannbauer. Hodomoria Calv. Phantasm. 6. p. 1340. Job. Curellius Angl. in Hist. Rit. Eccles. Angl. Cap. 15. seq. fol. 121. alleg. a Scherzero in Colleg. Anti-Socin. Theologi Witteberg. in Consil. Theol. p. 366. Eckhardus in Cas. Consc. p. 362. Scherzer. in Colleg. Anti-Socin. Calov. in Socinismo Profligat. Conf. Gotzium l. c. aliique.*

S. X. Ultimo cæteroquin loco album amictum, & calceamenta Neophytorum Christianorum alba, quibus post baptismum in vigilia paschatos, & per totam sequentem hebdomadam, antiquitus induti incessere, unde *Septimana in albis*, & Neophyti *albati* audiunt (αα) sicco præterire pede non possumus. Eoque magis, quod nostra adhuc ætas candido indumento infantum

litio:

suorum (den Westerhemde) ad innocentiam, Sacerdotiumque spirituale respiciens (ββ) hunc morem sibi imitandum proponere videatur. Atque easdem ob virtutes Antiquitatem mortuos suos findone, seu linteo albo amictos, sepeliisse (γγ) & ipsos luxisse (δδ) affirmare, quamvis alii aliam rationem perhibeant, tam absolum esse non opinamur.

§. X. (αα) *G. Meier de Iniriā. Veter. §. 68. Jo. Ca. Suicerus in Observat. Sacr. de Bapt. Cap. 3. Cave de Primit. Christian. p. 340. Qwensted Antiq. Eccles. b. l. Hildebrand de dieb. Festis Veter. Calvar. Rituali Part. 1. Lib. 1. Sect. 2. Cap. 21. (ββ) Meier de Init. l. c. Casp. Calvar. l. c. (γγ) Sic induunt alba tunicā mortuos suos Hebr. i. Geier. de Luctu Hebr. eor. Buxtorff. Syn. Jud. cap. 35. Nicolai de Sepulchris Ebr. eor. Lib. IV. R. Jannai tamen nec pullo, ne, si veniret in Paradisum, seu lugens inter convivas, nec albo, ne, si Gebenna adjudicaretur, seu sponfus inter lugentes, compareret, sed rubro habitu post excessum amicitiri voluit. Schabbat. fol. 114. Nidda fol. 20. ap. Gerson. in Ziden Talmud. p. 309. Ejusmodi historiam de Ludovico Cortesio, qui jubilis decantatis, a virginibus, viridibus vestibus indutis, ad sepulchrum deportari, omnes vero monachos, nigro vestitu amictos, abesse voluit, refert Camerar. Hor. Succ. Cent. 1. p. 79. Dillberr. Elecl. Lib. 2. c. 21. Zeiller. Cent. 1. epist. 100. Drexel. Prodr. etern. p. 39. Alba veste amicti Vet. Graci. Vid. Homer. in Patrocli funere, Iliad. 2. Qwensted. de Funer. Vet. C. V. De Gracis Imperator. Codinus de Offic. Constantin. c. 11. Conf. Cantacuzenus Lib. 3. c. 26. de Syracusanis, & Argivis. vid. Calvar. Lib. 3. Sect. 2. cap. 29. l. c. De Romanis sub Imperat. Plutarchus in Probl. diacl. Ασωνα Πορσσωικαρια & c. Apulejus Lib. 1. Flor. De Veter. Christianis; Prudenius Hymn. ad Exeqv. add. Eusebius Lib. 7. c. 17. (δδ) vid. cit. autores. & Qwensted. de Funer. Vet. & Calvar. Lib. 3. de Re Funer. p. 801. Ritual. Eccles. Part. 1. & c.*

## DE COLORE NIGRO.

## CAP. II.

## §. I.

**A**lbo igitur colore, prout partes nostræ exegerunt, illustrato, secundum rerum ordinem nigrum nunc persequimur. Quamvis autem hunc ævo nostro maxime honoratum, & ubivis sane sacrum comperiamus, antiquiori tamen ætate nil, nisi *triste*, ac *funestum* notari consuevit, liquido constat. Quis enim veterum atrum diem (a) nigras aves (b) corvos sc. bubones, cornices, item nigros lapillos (c) ac pullam paupertatem (d) non metuit, & averfatur. Funesta vestis nigra sc. Cornelii Lentuli, pro sua purpura

rea

rea assumpta (e) mœniæque Carthaginis nigro panno obvelata (f) & nigrum, quod Domitianus Senatoribus apparavit, convivium (g) non, nisi *infra fata, clades civium*, ac *fortium militum* tacite pronunciant. Quæ & hodie *Turcas*, si quæ mala sunt perpessi fata, nigris indutos vestibus imitari (h) fama percepimus. Et sane, cum *funesta* potissimum, ac *tristitia* (i) hic color designet, & ipsa *mors atra* (k) audit, *Diique* inter Deos solum *inferi*, & *manes* defunctorum (l) quibus & nigras immolare hostias pro more fuit (m) nigri vestiuntur, quid mirum, quod nigrum colorem veteres *Ægyptii* primo *lugubrem* elegerint (n) postea vero *Græci* (o) & *Romani* (p) & nunc demum, cum nostris Europæis, plurimæ gentes, rebus funebribus proprium constituerint. Hoc autem tristioris sortis nomen semper mœreri colorem nigrum, rerû Heraldicarum studiosi nobis nequaquam largiuntur. Hi enim *prudencia*, & *firmitatis*, quod hic ipse color in alios non amplius vertatur (q) itemq; *potentia*, ac *patientie* esse signum (r) sibi firmissime persvadent, atque ita tam *Regibus Hispania*, quod, hoc colore maximi assumato, neque Legato, neque aliis, nisi prius nigris appareant vestibus (s) secum colloqvendi copiam faciunt, quam *Japanensibus*, qui honoratioribus solum proprium hunc colorem (die *Herrn-Farbe*) vindicant, maximæ laudi ducunt.

S. I. (a) *Virgil. Æn. 6.* *Ovid. Lib. 1. de Arte amand. l. 1.* (b) *Plinius Lib. 10. cap. 10.* *L. Apulejus Lib. 2.* *Milesiar. Gellius Lib. 1. 17. ex Verrio Flacco. conf. Dempster. ad Rosin. Antiqu. Rom. ex P. Manutio Lib. 4. cap. 9.* (c) *Ælianus Var. histor. Lib. 13. cap. 38. confer. Plutarchus, aliiqve supra §. 1. not. Cap. 1.* (d) *Plinius Jun. Lib. 7. Epist. 17.* *Sveton. in Augusto. c. 40.* *M. Lucanus Lib. 2. Pharsal. Atte Corsini &c. Calphurn. Sicul. Ecl. 7. Sed mihi sordes &c. conf. Servius ad Libr. 4. Æneid. v. 514. 18.* *Turnebus Libr. 22. c. 7.* *Porphyrion ad Horat. Libr. 1. Sat. 4.* (e) *Plutarchus in Cicer. (f) ap. Limneum de Jur. Publ. Lib. 2. Cap. 12. n. 10. ex Diodoro Sicul. (g) Limneus ib. Busbequius Epist. 1. Legat. Turc. p. 68. conf. Francisci Schauß Dühnepar. 1. erste Versaml. p. 167.* (h) *Silius Ital. Punic. Lib. 1. P. Manutius de Vet. dier. rat. ap. Dempster. l. c. conf. Festus ap. Kirchmann. de Funer. Romanor. Lib. 2. c. 17. Salvianus de Providentiâ &c. (k) Hesiod. in Op. & Dieb. θάνατος μέλας. Et Juvenal. Sat. 1. nigrum, pro mortuo dicit. Statius Lib. 9. Thebaid. ii. Lib. 4. Theb. v. 527. (l) *Tibullus Lib. 3. Eleg. 3. Stadius Thebaid. Lib. 6. v. 498. (m) Val. Maximus Lib. 2. cap. 1. de Valer. Publicola. Plutarch. in Lucullo. Tibullus Lib. 3. Eleg. 5. Papin. Statius Lib. 4. Thebaid. v. 441. &c. It. in exequiis Archemori, Lib. 6. Theb. v. 264. conf. Virgil. Lib. 6. Æneid. (n) Servius ad Lib. 11. Æneid. ubi eos Liberum S. Osirim, a fratre Typhone per insidias interemptum, atra veste luxisse refert, & addit causam, quia sc. lugentibus ini-**

C

mica

mica lux, quia ea carerent hi, quos lugent; & ut cum defunctis agere viderentur, faciem inferorum imitantur. conf. Tiraquell. in Not. ad Alex. ab Alex. Lib. 10, cap. 7. ex Varrone de Vita Patr. & Macrobi. Lib. 3. Lipsius ad Annal. Taciti Lib. 3, cap. 7. (o) supra Cap. 1. §. 10. cit. aut. quibus adde Homer. Iliad. ω. Euripidem in Iphig. Aulid. Theocritum in Epitaph. Adonid. conf. & Moschum in Epitaph. Bionis. Artemidor. Lib. 3, cap. 3. Limneum Jur. Publ. Lib. 2, cap. 12, n. 10. 11. 12. It. Kirchmann. de Funer. Rom. Lib. 2, cap. 17. Quesned. de Fun. Vet. (p) Propert. Lib. 4. Eleg. Juven. Sat. 10. Perpetuo morore, & nigra veste senescant. Sidonius Apollinaris Lib. 5. Epist. 7. Macrobius Lib. 3. Saturn. cap. 15. conf. Dionys. Halicarnass. Lib. 5. His jungimus Germanos in Tacito, Lib. 3. ap. Kirchmannum l. c. Conf. Lipsius in Tacitum l. c. De Cimbris ap. Plutarch. in Mario, & Trogill. Arniek. de Sepult. Cimb. Lib. 1. c. 11. De Danis vid. Albert. Cranzium Lib. 2. Norvag. cap. 4. conf. plura ex Vedelio, & Snoro Surlerson. P. 3. Chron. Norvag. n. 4. & c. De mulieribus in Canada, quae post mortem conjugum semper nigra veste induuntur, conf. Rossius Lib. 3. qu. 12. de Rel. Mund. (q) Becmann. Notit. Dign. Illustr. Diss. 6. cap. 3. ex Panciroli. Comment. in Notit. Imp. Orient. Cap. 37. Hinc, quia firmitatis & perseverantiae signum est, neque mutari potest, convenire hunc colorem Advocatis, censet Magon. de reſta Patroc. rat. cap. 3. n. 50. 51. conf. Dietherr. Add. ad Besoldi Thesaur. Pract. v. Farben. (r) Chassanei Catal. Gloria Mund. Confid. 38. Concl. 17. & 66. Bartol. Tr. de Inſign. V. color niger. (s) Becmann. l. c. Diss. 6. c. 2. not. 10. ex Autor. des Voyages d'Espagne & Journal des Savans Part. 1. n. 1. p. 77. (t) Francisci Lust. Schau-Bühne Part. 1. Erst. Versaml. p. 167.

§. II. Vtut vero bona itidem sint, quae hoc de colore nigro praedicantur: in cultu tamen Levitico nullum unquam invenisse locum, est in propatulo. Idcirco Japheti verba (u) quibus כְּרֵמוֹת שְׁחֹרֹת הכלת שהיא Techelet esse similem nigro asseruit, de Techelet saturo esse interpretanda, res ipsa docet; quandoquidem & hic ipse color contemptus nota Sacerdotibus putabatur. Magnum enim, quod Hierosolymae erat, Synedrium, cum sacerdotii candidatos, an sine vitio corporis, aut ex stirpe paterna sacerdotali, & honesta matre fuerint nati, exploraret, legitimos, albis indutos vestibus, ad ministerium admittebat, minus legitimos nigro vestitos amictu, omnique spe sacerdotii destitutos dimittebat. (x) Miramur itaque, quid causa fuerit, cur olim Pharisei, & hodierni Rabbini vestibus usque ad calcanea nigris incedere consueverint (y) praesertim, cum & ipsi Sacerdotes Baalim (z) Sacrificuli Anamelech & Adramelech (aa) Vitulorum in Bethaven cultores (bb) & denique Apidis in Aegypto Sacerdotes (cc) כַּמְרִיָּם a nigris vestibus appellati fuisset dicantur

dicantur. Hos enim ultimos, capite pileolo, velato, corpore tunica talari nigro tecto, calcisque forte lincis leviter amictos, ex mensa Iſaica ſatis perſpeximus. Cæterum pauci ſunt gentilium, quos huic trifti colori in Sacris ſtudiſſe legimus. Et, ſi Idololatræ *Malabricos*, (dd) qui in cultu ſuo ſe nigerrimos, Diabolum vero album reddunt, item palliis & veſtibus nigris veſtitos *Gbinenſium* (ee) & *Japanenſium* ſacerdotes, *Bonzier* dictos (ff) & qui idolo ſuo Feloko porcum nigrum, tresque gallinas nigras pro victimis offerunt, *Peguanos* (gg) excipias, præter Græcos & Romanos, qui *Dius inferis*, & *Manibus*, & *Bellone* ſacrificarunt, paucos invenies. Iis enim, nigris amicti veſtibus, (\*\*\*) nigris inſimul allatis victimis (bb) huic vero, tetrico ſuper caput vellere, tenebriciſque veſtibus ſacra pro more fiebant. (ii)

§. II. (u) ap. R. *Aben Eſra* ad *Exod. 25.* (x) *Cod. Middoth. cap. 5. §. ult.* (y) *Epiphanius Hæreſ. 26. Lib. 1. Tom. 1. Hottinger. Theſaur. Philolog. cap. 1. Sect. 5. Küller. Miſcellan. Sacr. Lib. 4. cap. 7. Druſius de trib. Sect. Judeor. cap. 3. Sect. 5. Wagenſeil. not. 10. ad Gemar. Sota. cap. 2. Sect. 2. Lundii *Jud. Heiligth. cap. 14. Lib. 4. p. 797.* (z) *Münſter in Commentar. 2. Reg. 23. hinc a colore vocant Judei monachos Pontif. & noſtrates, ut putat Lundius l. c. cap. 4. not. 9. Baals & Waffan.* (aa) 2. Reg. 17. *Nerret. ad Roſſeum. l. c. Lib. 2. qv. 4. add. §. 2. Conf. ſeq. not. (bb) Elias in Thubi, Junius, Mercurus, Arias Montanus. ap. Polum. in Synopf. Crit. 2. Reg. 23. 5. Rivetus ad Hoſ. 10. 5. Druſius ad Zeph. 1. 4. ap. Polum: etiamſi Lutherus ad 2. Reg. 23. 5. & Calvinus Hoſ. 10. 5. & Zeph. 1. 4. aliam cauſam, cur כַּמְרִי dicantur, perhibeant. Conf. Braunius in *Select. Sacr. Lib. 4. cap. 3. §. 36. & 37. cap. 4. §. 54. cap. 9. §. 142.* (cc) *Braunius l. cc. His enim כַּמְרִי, num color niger placuerit, vel, quod ipſe Bos Apis, maximam partem corporis niger fuerit, et ex Pignorii Menſa Iſaica ap. Braun. l. c. l. 2. de Playſtu ob Thamuz c. 9. de Remphan it. l. 5. Ex. 4. Sorin. de Delta Egypti pater, vel, quod Nilus, quem Egyptii maximi faciunt, *Eſ. 23. Jer. 2. 18. חַיִּי* a nigredine, quod aquam habeat nigram, nigrumque veſtat limum, nomen acceperit, res manet dubia. Braunius interim *conf. l. c. §. 3.* (dd) *Nerret. ad Roſſeum, l. c. Lib. 2. qv. 24. §. 1.* (ee) *Arnold. Montanus in der Gefandſchaft an den Kaiſer von Japan. pag. 118. Nerret. l. c. ad Lib. 2. qv. 27. not. 1.* (ff) *Roſſeus de Religion. Mund. qv. 16. lib. 2.* (gg) *Idem h. l. ad qv. 19. Lib. 2.* (hh) *Kal. Maximus Lib. 2. cap. 1. de Valerio Publicola. Plutarch. in Lucullo. A. Tibullus Lib. 3. Elog. 5. Pappin. Statius Lib. 4. Theb. Hic ſenior vites & c. Conf. Virgil. *Æn. V. & VI. De diis manibus; Statius in exequ. Archemori, Lib. 6. Theb. Centum ibi nigricantes & c. In ritibus magicis etiam victimæ nigra adhibita. Virgil. lib. 6. *Æn. Quatuor hic & c. (\*\*\*) Apollonius Rhod. Argonaut. Lib. 3. Eſſeiani de Bequid, & Seneca******

*Oed. 3. Vires palliam lugubrem &c. (ii) Terullianus de Pallio. Cur istas &c. Conf. Papin. Lib. 7. Theb. v. 72.*

S. III. Quum autem, nec Deo in cultu suo Levitico, nec adeo multis Idolorum cultoribus hunc colorem nigrum placuisse perspexerim, non incongrue, unde, & qua occasione evenerit, quod nos potissimum Christiani in sacris huic colori inhareamus, hoc loco quaerimus. Quæ, si felicius enodanda, antiquitas, quod a Philosophis veterum hic mos ortum trahat, eruere debemus. Pythagorei (kk) enim, Cynici (ll) & Stoici (mm) & Socrates (nn) & Apollonius Tyaneus (oo) aliique, qui sanctiorem, & severiorem Philosophiam sunt professi, pallio a cæteris præcipue distinguebantur. Hoc vero erat (pp) detritum, obsoletum, sordidum, fuscum, ἀποβεβληνός τὰς κροίδας ἔταυ νεόκας ( unde τῆσαν & τριβώνιον dictum ) atque ita per se paupertati, & plebejo ordini postea dicarum. (qq) Eo itaque, pallio Philosophi, non, quod tam pauperes essent, sed, quod omnes divitias, opes, splendorem, ornatum, omniaque vana esse, & Philosopho spernenda, docerent, maxime utebantur. Id veteres Christianos (rr) in primis Ascetas, (ss) qui sanctiori, atque austeriori se tradabant disciplinæ, imitatos esse, quis non videt. Divitiis enim, honoribus, omnibusque, quibus alioquin delectantur homines, spretis, pro ornatu exquisitiori pallium itidem lacerum, & fuscum sumebant. Quod cum fecisset Tertullianus, & ita reprehensionem popularium suorum incurrisset, Apologiam suam pro Pallio, quæ hujus rei testimonium in hunc usque diem nobis sistit luculentissimum, conscripsit. At enim vero, Asceta non solum sed & Episcopi (tt) & postea monachi (uu) huic fusco colori, & detrito pallio studuerunt, ita, ut Eustatius Sebastianorum Episcopus, jam Constantinæ ætate, omnes Episcopos, ac presbyteros, ad vetus tribonium revocare contenderet, (xx) & D. Job. Chrysothomo, morti proximo, demum vestes exuere fuscas, & albas assumere (yy) placeret. Cum autem in colore primo fusco sanctimoniam quaerent Christiani, hunc, successu temporis plane in nigrum, quo peccata sua, & miseram humanæ vitæ conditionem lugere, cunctaque hujus mundi, ut caduca, & vana susque deque habere viderentur, mutarunt (zz) & instauratores nostræ Ecclesiæ, sacrum sibi quoque colorem postmodum elegerunt.

S. III. (kk) Antiphan. ap. Athenæum Lib. 4. Sordes paululum &c. & Aristophanes ibid. vid. & Mnesimachus ap. Laertium, teste Ferrario Part. 2. Lib. 4. cap. 14. & 15. 16. (ll) Laertius in Menedemo, & Ferrar. multis l.c. Conf. & Hoffmann. in Lex. Vaniv. v. Pallio. (mm) Lucianus plur. ap. Ferrar. l.c. cap. 16. Conf. & Tertullianus de Pall. Viderit nunc Philosophia &c. (nn) Laertius in  
Socrate

Socrate, atque (oo) Philostratus Lib. 2. c. 9. & ult. Lib. 4. cap. 6. & 12. (pp) Aelian Lib. 9. cap. 35. Laertius in Socrate. Lucianus in Dialogo Moruorum. de Menippo Rosin in Antiqu. Lib. 5. cap. 32. Calvæ. Ritual. Part. 2. Sect. 3. cap. 29. unde itaque & hodierna pallia Philosophica, & ista omnia, quæ tantum ad ornamentum pertinent, ornam suum trahunt. (qq) Ferrar. Cap. 15. Part. 2. L. 4. conf. & Rosinus l. c. (rr) Eusebius Lib. 6. cap. 13. Lib. 8. cap. 21. ubi laudat Porphyrium, quod habitum gestarit Philosophicum. Ab hoc vero pallio illud de trivio in Christianos: ὀ γυμνός ἐν ἁείτῃς. Multi enim erant Philosophorum, qui sola barba, ac pallio philosophiam mentiebantur, aliosque decipiebant. Cum itaque gentiles ita amictum viderent quendam, hoc statim exclamabant: γυμνός ἐν ἁείτῃς. Et hoc sub sehemate Christianum quoque; ita esse salutatum, autor est Hieron. ad Furiam, Marcellam, & alibi. (ss) Octav. Ferrarius Lib. 4. Part. II. cap. 18. de Re Vestiaria. conf. & Casp. Calvæ. l. c. (tt & uu) Ammianus Marcellinus Lib. 27. Ferrarius l. c. (xx) Socrat. Hist. Eccl. Lib. 2. cap. 43. (yy) Baronius ad an. 407. in Annal. (zz) Calvæ l. c. cap. 28. p. 516. Fusci coloris amictus erat plebejus; unde & pullatorum turba ap. Sueton. in Aug. c. 40. & discrimen inter Candidatos & Pallatos: isti, non amplius qui peterent honores, sed honestioris ordinis erant cives, hæ infima plebs, & pauperes, quales etiam sua sponte esse volebant Christiani. Post Constantini vero tempora, cum monachatu magis magis que indumenta nigra in Ecclesia inolevisse, putat Calvæ l. c. quem uberiorem in his vide.

§. IV. Atque hoc, ut dixi, modo, jam inde a prioribus Christianismi seculis, usque ad nostra tempora, sacris aptissimum hunc nigrum colorem æstumatum fuisse, evidenter est notum. Nam Veterum sacrae Virgines indumento fusco & nativi coloris, quod insigne fuisse continentiae, postmodum vero cucullo pro more inducebantur. (aaa) Sic itidem Augustinos (bbb) & Benedictinos Monachos, (ccc) licet his Benedictus liberum, quo colore vestiri velint, reliquerit, nigrum elegisse colorem, fide digni scriptores nos satis docent. Hos etiam ipsos in colore hoc amplectendo Fraternitas Dominici, (ddd) & Bernhardini (eee) qui tunicam cum albo pallio gerunt nigrum, & Antoniani, qui nigris vestibus ante pectus T. caerulei coloris, velut insigne affixum habent (fff) in ordine sunt secuti. Quorum tandem agmen claudunt Jesuitæ (ggg) pallia philosophica nigra, & oblonga, cum candido capitis tegmine, & zona scortea gestantes; simulque nunc nigro nostro colori terminum figunt.

§. IV. (aaa) Athanasius Lib. ωεγί ωαγδενίας ητοι ωεγί αοκησας  
Cassianus Lib. 1. de Institut. Monachor. (bbb) Casp. Calvæ. Ritual. cap. 28. l. c.  
p. 516. (ccc) Idem ibid. Sabellicus Ennead. 8. Lib. 2. Hildebrand de Relig. p. 388

(ddd) Hildebrand l.c. p. 42. de Fraternalitat. §. 2. (eee) Sebastian. Franck. in Chronico (fff) Virgil. de Invent. rer. Lib. 7. p. 96. (ggg) Hildebrand. l. c. p. 78. Tit. Jesuit.

C A P. III.

DE COLORE RVBRO.

§. I.

**N**on erit nobis opus speciatiim de Purpureo, & Coccineo colore dicere, quippe qui jam utrumque sub rubro complexi sumus. Rubrum autem significare magnanimitatem (a) fortitudinem, audaciam (b) &c. rubra veterum vestis, in signum pugnae, tabernaculo ducis protensa (c) tatis nos monet. Cumque Marti hunc colorem attributum legimus (d) Afri, Caeni, Numidae, &c. Lacedaemonii in bellum profecturi, non immerito puniceas, & russatas gestarunt vestes. (e) His enim se nec vulnera, nec effusum sanguinem curare, nec quippiam pertimescere velle, taciti innuebant. Et inde procul dubio purpureus color, jus vitae & necis (f). Dominium, atque imperium (g) denotare consuevit. Veteres enim imperatores, ac reges purpura se vestiebant, & incausto, ex purpura confecto in subscribendis literis (h) caeteris hoc sub poena perduellionis interdicto, loco atramenti utebantur. Idcirco Alexius Protophastus, qui tutor erat Alexii Comneni, pupillari ejus aetate non purpureas, sed virides exarabat literas. (i) Purpura etenim, dum regiae dignitatis insignem passim credita, & comprobata (k) est, privatis interdum plane fuit interdicta, adeo, ut ne purpuræ quidem fucandæ, atque distrahendæ facultatem, sed eam sacro tradere arario necesse habuerint. (l) Hinc, ubi Nero matronam purpuratam vidit, purpura eam, & omnibus bonis multavit. (m) Rectores autem nostri Academici, cum a principibus purpuram habent, eorundemque representant personas, jure etiamnum epomide purpurea ornantur. (n) Num vero Doctores Juris, recens creato, pileus coloris purpurei, in signum regiminis (o) & quod assideant regibus; Theologis autem, quod hi mundo renunciaverint, caelestiaque consecrentur, nigri (Lipsiæ violacei, qualis & Magistrorum Philosophiæ) coloris imponatur, nos, quia color ruber Medicis etiam est communis, cum aliis dubitamus. (o)

§. I. (a) Becmann. not. dignit. Illustr. cap. 3. Disp. 6. §. 2. (b) Gratian. Tom. 2. Discept. for. cap. 319. n. 26. (c) Hic mos erat apud Pænos, & in castris Hannibalis. Illyriis linteum proterentum, aut rubicunda tunica, sarisse apposita, aliis purpura indicium certaminis erat. Plutarch. in Philopæm. item in Fabio. Ammianus Marcell. lib. 29. Histor. Alex. ab Alex. Gen. Dies lib. 4. p. 878. Conf. Plin.



Plin. lib. 22. cap. 2. ubi Paludamentum coccineum habes. Huc spectat Tamerlanis triplex tentorium: album, rubrum, & atrum ap. Hepping Jur. Insign. cap. 17. ubi & de vexillis rubris, purpur. argent. & c. plura. (d) Becmann. loc. cit. (e) Alex. ab Alex. l. c. cap. 20. Idem de Carthaginensibus refert Silius lib. 3. Rubra velamine vestu, ars erat in pugna & c. de Laconicis Aelianus lib. 6. Var. Hist. c. 6. ita: Purpuram in preliis induere necessitas fuit; Color ipse habet, nescio quid augusti. Deinde fluorem sanguinis e vulneribus occultit. Denique, cum purpura aspectus acrior sit, & terribilior, hostem percellere potest. De Iberis idem vid. Polyb. ap. lib. 3. Hinc forsitan suta alba ap. Roman. erant ignominiosa, picta vero & rubra de cora Alex. ab Alex. c. 22. l. 6. (z) In Heraldicis. Consentit Valentianus Imp. ap. Cbrist. Matthie Theatr. Hist. in vit. Valent. 1. c. 2. p. 701. (q) Becm. l. c. (h) Nicetas Choniata. l. 1. de vit. Manuel. Dietherr. ad Befold. Thes. contin. v. Dinten. Stryk. Diss. de Cer. Rub. cap. ult. (i) Ex Niceta Panciroll. de Reb. Deperd. cap. de Encausto c. Not. Salmuth. (n) Insigne videtur Rom. Imperii chlamys purpurea, qua milites in creat. one Imperatorum sunt usi. Vid. Herodiani lib. 6. in Alexand. & l. 2. in Julian. Eutrop. l. 9. in Dioclet. Ferrar. de Re Vest. Part. 1. Lib. 2. cap. 9. Becmann. l. c. Diss. 6. cap. 1. S. 45. Sic alibi datus purpureis calceis designatus est Imperator. Nicetas l. c. Histor. Sic & Irene, filia Alexii, beeres Imperii destinata, jubetur rubras induere. Nicephorus Gregoras l. 4. Conf. Terull. de Idolot. fol. 460. Lactant. Instit. Lib. 4. cap. 7. (l) Tranquill. in Jul. Cas. cap. 43. C. l. i. c. Quae res invenire non possunt, & l. temperent. 4. c. de vestibus. Holov. l. 2. Lib. 3. Cod. Theod. L. 4. Cod. Justin. de Vest. Holov. Quamvis pro temporum, morumque conditione etiam usus purpurae Romanis fuerit concessus. Vid. Illustris C. S. Schurzfleischii, Patroni nostri maximopere Suspicendi, Diss. de Purp. Regia. (m) Tranquill. in Nerone cap. 32. (v) Limneus de Jur. Publ. S. 821. Ziegler. de Jur. Majest. l. 1. c. 23. S. 11. (z) Rothmannus, & Jac. Midden-dorpius ap. Iterum de Grad. Acad. cap. 14. S. 23. p. 368. (o) Thomas. Disput. de Jure Colorum.

§. II. Significationi amplius, cum liberalitatem, abundantiam, divitiasque denotare (w) dicitur, non immoramur; sed ad ipsum usum in sacris, pro eo, ac par est, pergitimus. Hebraeorum autem in cultu purpuram sane perspicuum fuisse ex ipsius Numinis mandato, & significatu vocis (\*) quo per צָוּרָא Arab. حور نأ LXX πορφύρα purpuram notamus (p) ad liquidum perducimus. Equidem, nostrum hoc loco neutiquam esse putamus, omnes purpurae divisiones (σ) modum sciendi (τ) & tingendi (Φ) quive genuinus purpurae habeatur color (χ) multis exponere; purpuram enim pro ratione scopi, tantum esse rubro colore, cognovisse nobis sufficiet. (ψ) Atque hac

hac ratione non in baltheo solum Sacerdotum inferiorum (ω) Antifistitis E-pbod, Pectorali (αα) baltheo (ΕΕ) & malogranatis (γγ) sed in ipsis cortinis, & nelis tentorii fœderis, quippe quæ omnia opere polymito, & Phrygio erant confecta (δδ) purpuram conspicimus, simulque ea, cum & in sacris regiæ habeatur dignitatis, (εε) quantum Deus cultum Leviticum voluerit æstimari, edocemur.

S. II. (ω) Chassan. Cat. Glor. Mundii confid. 38. Concl. 68. (\*) Probat hoc Joseph. Lib. 3. Antiqu. Jud. cap. 4. & 8. Philo de Congress. Erud. quæ. gratia. p. 344. & Lib. 3. de Vita Mos. Dieterich. Antiqu. Bibl. ad Es. 1. 18. & Es. 23. 3. Bochart. Hieroz. Lib. 5. cap. 11. (ρ) Exod. 26. 1. 31. 36. Cap. 28. 5. 6. 15. 33. Exod. 35. 6. 23. Cap. 36. 8. 35. Exod. Cap. 39. 29. & alibi. (σ) In violaceam, cœruleam, rubram & c. Plin. L. 9. cap. 38. 39. It. de hygino cap. 41. Sic dispeſcitur in Tyriam Latinis dibaphum, Plin. Jun. Lib. 2. Epist. 8. Laconicam, Horat. Lib. 2. Od. 16. & 18. Pausan. de Lacon. Salmas. in Not. ad Tertull. de Pall. OEt. Ferrar. l. c. Lib. 2. cap. 7. Alexandrinam, Girbitanam, Pollux in vit. Claudii. cap. 14. Hydruntinam, Cassiodor. lib. 1. var. Epist. 2. Tarentinam, Plin. in lib. 9. cap. 39. Getulicam. vid. Idem. Megalensem Martial. lib. 10. Epigr. 41. vid. Panciroll. de Reb. derud. p. 10. Illuſtr. Schurzſteich. Disp. de Purpur. var. Braunius Lib. 1. cap. 14. l. c. §. 185. 186. seqq. (τ) Ur: ex herbis. Plin. Lib. 21. cap. 8. Ex Sandice Indica. Vopiscus in Aurel. ex Murice. Virgil. Georg. Lib. 3. Ovid. Amor. Lib. 3. Tibull. Eleg. 6. lib. 2. Statius lib. 3. Propempt. Metii Celevis. (Φ) Plin. Lib. 9. cap. 38. Salmas. ad Pall. Tertull. Fab. Columna de Purpura, cum not. Majoris. Bochart. Hieroz. Part. 2. Lib. 5. cap. 11. de Hygino ex purpura, & cocco. Serv. l. 7. Æneid. Vid. Ruben. de Re Vest. lib. 2. cap. 14. Braunius cap. 14. Lib. 1. l. c. (χ) An rubor satur, nigricans, & auſterus, Plin. Lib. 9. c. 36. 38. Lib. 21. cap. 8. Macrob. Lib. 2. Saturn. Braunius l. c. (ψ) Homer. Iliad. ω. Ἄματι δὲ χόδω & c. Virg. Ecl. 5. Pro molli viola & c. Ovid. Art. am. Nec quæ bis & c. Amer. Lib. 1. Purpureas tenero & c. Lib. 3. Illic purpureis & c. Senec. Hypol. act. 2. Non ora tingens & c. Conf. Horat. Lib. 2. Sat. 16. (ω) supra cap. 1. §. 3. (αα) Joseph. Lib. 3. Ant. Jud. cap. 8. de Bell. Jud. Lib. 6. cap. 6. Maimonid. ap. Buxtorff. in Hist. Urim & Thumm. cap. 1. Münſterus ad Exod. 39. & Lev. 8. R. Jud. Leo. Lib. 2. de Templo. cap. 18. Leusden. Phil. Hebr. Mixt. diss. 27. Braunius Lib. 2. cap. 6. & 7. de Vest. Sacerd. Lundæus Jüd. Heiligth. lib. 3. cap. 5. pluribus (ββ) supr. cap. 1. §. 3. Baltheum Antifistitis alio opere polymito fuisse, putat Barselon. ap. Hotting. Jur. Hebr. num. 99. Sheringham. Not. ad Jom. cap. 7. Sect. 1. (γγ) Quæ insertis tintinnabulis aureis סעל f. pallio affixa erant. Philo Lib. 2. de Monarch. & Lib. 3. de vita Mosi. Sigonius de Republ. Ebr. Lib. 5. cap. 2. Goodwin. Mos. & Aaron. Lib. 1. cap. 5. Leusden. l. c. (δδ)

(dd) supra not. (ee) Cant. 3. 10. Ezech. 27. 7. Sic Belsazer, honoraturus cum, qv̄ scripturam occultam revelaret, promisti ei vestem purpuream. Dan. 5. 7. 16. Alexander Antistiti iudeorum misit purpuram in signum maximi honoris. 1. Macc. 10. 20. Conf. 1. Macc. 11. 58.

§. III. Gentiles autem purpureum colorem in sacris suis adhibuisse, non adeo sæpe legimus. Et, si *Syrorum Hieropolitanorum* Pontificem maximum (ζζ) qvi, purpura, & mitra Episcopali aurea indutus, sacra fecit, & *Jomaitas, Turcarum Religiosos* (ηη) perspexeris, qvi, annexis in pedibus, & in baltheo ex serico, auroqve contexto, *tintinabulis*, tunica purpurea amicti regiones pervagantur, præter *Radegasti, Germanici idoli* templum, ubiqve purpureo panno ob velatum (θθ) purpuram in sacris multoties non invenies. Apud *Romanos* vero, qvi ut in aliis, sic & in hoc præ cæteris gentibz eminebant, *Diis* advocabatur placandis: (u) Imperatores, ut *Pontifices Maximi* eam (κκ) unde & πορφύρα ἱερῆ, & sacer murex audit, gestabant (λλ) & *Sacerdotes*, & *Augures* hoc quoqve dibapho vestiebantur. (μμ) Tria scilicet fuisse genera *trabearum*, unum diis consecratum, quod fuit tantum de purpura; aliud regium; quod fuit purpureum, habuit tamen aliquid album, tertium augurale de purpura, & cocco mixtum, alii superqve nos docent. (vv) *Sacerdos* vero amplius *Dialis*, & *Flaviales* (ξξ) purpurea toga Germanica amicti, in capite coronam auream gestantes delineantur. Et *Bacchantes, Gallantes*, & *μητραγορῆντες*, purpureis æqve, ac sericis, aureisque vestibus tectos fuisse, & *Bacchanalia* celebrasse (οο) nemo, qvi factus Romani est gnarus, nescit. *Salii* etenim quod Τηβέννας ἱμαπεπορωτημένοι, περιπορφύρας ΦοινικοπαρῦΦυς, αἱ καλῶσι τραβείας (ππ) describuntur. τὰς γὰρ ἱεράς πέπλους ἀναλάβωσιν ἐν τῷ μαρτίῳ μινί, φοινίκης μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκος, μίτρας δὲ χαλκῆς ὑπεζωμένοι πλατείαις, καὶ κράνη χαλκῆ φορῆντες ἐγχειριδίῳ δὲ μικροῖς, τὰ ὄπλα κρέοντες (pp) De *Rica*, vestimento *Flaminianum* (σσ) quadrato, fimbriato, & purpureo, quo pro pallio utebantur, & de pileo Phœniceo, quo *Deorum statuas* exornabant (ττ) uberius differere pro ratione temporis non placet, præsertim ubi plura magis necessaria potissimum restant.

§. III. (ζζ) *Rosfeus de Relig. Mund. Lib. 2. qv. 3. Conf. Lucianus de Syria Dea* (ηη) *E. G. H. Theaur. Exot. p. 216, 217. (θθ) Cramer. Libr. 1. Der Pommerisch. Kirch. Histor. cap. 44. Conf. Alex. ab Alex. Lib. 4. Genial. Dier. qui purpuram ap. Sacerdot. German. in vestibus quoqve conspicuam fuisse affirmat. (u) Plin. Lib. 9. cap. 36. Vnde ap. Pollucem πορφύροβαφέεις ἐσθῆτας περισημα*

D

ρίσημα

πῖνονα τῆ Σεᾶ Eupolis dicit. (xx) Appianus ap. Braun. Lib.1. cap.91.c. (λλ)  
 ab Imperatoribus Theodosio, Arcadio, & Honorio, quod tamen de conchylio quog-  
 intelligi quidam volunt. Cod. Lib.11. Tit.8. de Vest. Holon. & aurat. & Tindione  
 sacri muricis. (μμ) Cicero L.2. Epist.9. Denig, inquit, Vatinius strumam sacerdotis  
 διὰ Φω vestiant. & Lib.2. Epist.16. ubi Dibapbum pro auguratu sumit: Curtius  
 nosser dibapbum cogitat, sed eum infector moratur. Ovid. Lib.4. Fastor. illic  
 purpureo canus cum veste sacerdos. Servius ad Aen.4. Tyrioque ardebat murice  
 lana. Est genus vestis. Est autem toga duplex, amictus auguralis. (vv) Servius  
 ad Aen.5. Ipse Quirinali trabea &c. ex Suetonio Lib. de gen. Vest. qui locus vero  
 hodie non extat. Conf. Ruben. de he Vest. Lib.2. cap.14. Ferrar. Annal. cap. 44.  
 p.178. l.c. Manuius de Ques. per Epist. Lib.2. epist.3. Gruterus Tom. IV. Thef.  
 Critic. Jac. Masen. Palastr. Styl. Lib.4. c.38. Salmuth. ad Panciroll. Res Dep.  
 Lib.1. Tit.45. Jo. Lud. de la Cerda ad Virgil. Aen.7. v.188. Et ad Lib.11. v.334.  
 Taubmann ad h.l. & Aen.4. v.262. Rosin. Antiq. Rom. Lib.5. cap.31. Scaliger  
 Exerc. ad Hieron. Cardan. de Subtil.330. Sect.14. Conf. Cael. Rhodigin. Lib.16.  
 cap.10. Antiq. Lect. (ξξ) Suetonius cap.4. in Vit. Domitiani. (oo) Vid. Salmuth  
 ad Tertull. de Pallio. (ππ) Dionysius Halic. Lib.6. Othav. Ferrarius Lib.1.  
 cap.16. l.c. Et Tob. Gütberlethus in Lib. de Saliis cap.10. (qq) Plutarch. in Numa.  
 (σσ) Festus Lib.16. conf. Verr. Flaccus. (ττ) Pollux. Lib.7. cap.14.

§. IV. Lignea itaque legenda (ΦΦ) quæ Bartholomæum albo colo-  
 bio, purpura ubique prætexto, gemmisque rubris hinc, & inde distincto, ve-  
 stitum fuisse tradit, missa, ad Papam, & Cardinales propius accedimus. O-  
 mnes enim hi, in signū concessæ Regiæ potestatis, purpuræ maxime student.  
 Ille præter indumentum capitis usuarium Camelaucum (χχ) caligas, & san-  
 dalia purpurea, aurea cruce insignita usurpat (ψψ) hi vero pileum purpu-  
 reum (ωω) ab Innocentio IV (ut pro religione sanguinem profundere,  
 & martyrio non deficere admonerentur) (aaa) itemq; Pallium purpureum  
 a Paulo II (βββ) in quo etiā lugent, concessum habent (γγγ) Quæmodiū  
 autem est falsissimū, quod monachorum colobia uno clavo purpureo distincta  
 fuerint (δδδ) non immerito, unde versicolores purpurataque vestes, & Casu-  
 læ in Ecclesia usurpari cœperint, quæritur. Albas quidē primo casulas (εεε) ob  
 purpuram vero sanguinis Dominici (ξξξ) postea purpureo clavo crucis fuisse  
 insignitas, non dubitamus (ηηη) Verū has post Sylvestri, ac M. Constantini tem-  
 pora rubras inolevisse, ut iis chlamydes imperatorias, sub purpura sanguinis  
 Dominici militantes amularentur (θθθ) tutissime asserimus; (ιιι) cum  
 alioquin cum aliis, vel ad tempora ante Sylvestrum (κκκ) nos dubii, vel demum  
 ad tempora Caroli M. itidem incerti, & ancipites, harum usum referre (λλλ)  
 debemus.

§. IV.

§. IV. (ΦΦ) Sic Abdia Historiam Certam. Apost. vocat Guil. Cave in Histor. Liter. Sec. 1. p. 16. conf. Disp. Joh. Schmidii de Hab. & Insign. Apost. 1702. (XX) Rosveydus in Onomastico. v. Camelaucum. Beda de Tabern. l. 3. cap. 8. Macer. in Hierolex. Solerius de Pileo Ver. Sect. 13. p. 268. 269. seqq. (ΨΨ) Purpureis calceis uti erat Regibus proprium. Sic Romulus ap. Zonar. Lib. 2. Annual. Julius Caesar. ap. Dionem Lib. 49. Ferrar. de re Vest. P. I. Lib. 1. cap. 13. (Triumphantes sumebant rubros calceos. Causabonus ad Sveton. Jul. cap. 45.) conf. Procopius Lib. 3. de Edific. Justin. ubi hoc regibus Romanis, & Persicis proprium vindicat. Hoc postea sibi vindicarunt Imperatores Byzantini, uti ex Zonara, Niceta, Paulo Diacono, & Georg. Phranza, notat Byneus de Calc. Hebræor. Lib. 1. cap. 3. Conf. Coripp. Lib. 2. c. 3. Patriarcham Constant. ideo Isacium Commenum a Patriarchatu deiecit, quod iste ἐπὶ ἁλλήλοιο νοκοθεῖσθαι ἐπιβουλεύειν πείθετα, putat Curopalates. s. Codinus in Vit. Comneni. Hinc itaque lineis, & albis udonibus usi sunt Romani pontifices, quos Sylvestro a Constantino M. donatos refert Joseph. Stevanus Lib. de Osc. Ped. Sum. Pontif. Hodie purpureos induunt juxta Ceremoniale Pontif. Lib. 1. cap. de Indum. Elect. Inducitur papali habitu, toga scilicet linea alba, caligis rubeis, & sandaliis rubris, aurea cruce signatis. conf. Byn. de Calc. Hebr. Lib. 1. cap. 3. (ωω) Quidam antiquiorum hujus pilei usum, omnibusque Episcopis communem putant, ut: Erasim. lib. 3. de rat. Concion. ubi Augustinus pileum pyrribum. i. e. rubrum his repudiasse fertur: Pyrribum talem decere Episcopum, at non decere pauperem Augustinum. conf. Palladius in Laus. cap. 51. Acta Pelagia penitentis, c. 12. Greg. Turonensis Lib. 2. Histor. Franc. cap. 1. conf. Solerius de Pileo Sect. 13. ubi plures affert auctores. (ααα) Lud. Provaldus in Opere Regali, Tract. de 12. Persecut. in Svaf. ad Carl. de Caretto. conf. quæ Antoninus p. 3. Summ. Major. Tit. 21. cap. 1. Et Ciacconius in Innocent. 4. ii. Petrus de Alliaco, Lib. de Potest. Eccles. part. 1. cap. 3. habent. Pileus etiam hic ruber. s. ab obvio Cardinalibus reo, dum deducitur ad supplicium, imponatur, reus liber dimitti debet. Hoc tradunt Bald. in L. addit. C. de Appellat. & iv. Abbas, & Salicetus, & Paul. de Castro. Cepola, Cautel. 2. Barbaig. Tr. de Præst. Card. Q. 9. Jason. §. pœnates. Instit. de action. Hippol. de Marsil. Sing. 273. Mart. Laudensis. Tr. 1. de Card. Q. 6. & Tr. 2. Q. 47. Felin. ad C. quærenti de offic. deleg. Tiraquell. de Pœnis, Causa 55. Marguard. de Susanis, Tr. de Cœlibat. Sacerd. non abrogand. cap. 9. num. 26. Hier. Albanus de Cardinal. Qv. 42. (βββ) Conring. Antiq. Academ. pag. 159. Spreng. Inst. Jur. Publ. Lib. 2. cap. 35. pag. 310. ubi pro diversitate temporum triplici vestitu uti, rubro, purpureo, & rosaceo asserit. conf. Ciacconius in Vit. Bonif. VIII. Hier. Albanus. de Cardin. qv. 8. Sabell. Empead. 9. Lib. 6. Azor. Tom. 2. Lib. 4. cap. 3. qv. 18.

(γγγ) Spreng. loc. cit. (δδδ) Quidam ap. Ferrar. Anal. l.c. c. 24. ex Dorotheo Abbat. Doctrin. l. (εεε) Supra cap. 1. §. 9. Calvar. Part. 2. Sect. 3. cap. 26. l. c. (ζζζ) Tertull. de Coron. Mil. cap. 13. (ηηη) Calvar. l. c. (θθθ) Coripp. Lib. 2. n. 4. conf. Ladius in Comment. Reipubl. Rom. Lib. 8. cap. 9. (ιιι) Calvar. l. c. cap. 27. §. 3. & 4. (κκκ) Walafridus Strabus de Reb. Eccles. ap. Calvar. l. c. (λλλ) Balib. Meisner. in Colleg. Adiaphoristic. Disp. 9. §. 18. conf. plur. in Goetzi Disp. von Meßges wandten. in Meletem. Annaberg. p. 625. seqq.

§. V. Sed, relicta nunc tam chara purpura, Coccineum colorem, quem eodem, quo purpuram diximus, modo, in usu fuisse in sacris, cultus Leviticus ipse docet (μμμ) paucis in lucem proferamus. *Arab. חולעת שני* Color Alkermes, LXX Κόκκινον διπλῶν. aliquando & Φοινικῆ, & Luth. Rosenröth alioquin redditur. Atq; est reipla pulcherrimus ille, & sane regius (\*) color coccineus, ab Arab. *القرم من* Alkermes (Vermis) Carmesinus (vvv) & a טרלקא Lacca Tyria (ξξξ) Scharlacken dictus, quem Judæorum Reges, in honorem matrimonii, sponsæ gestandam, ex liberalitate, & gratia regia concessisse (ooo) dicuntur; unde &, quod Judæi sub Chuppa, (πππ) tegumento coccineo, auro intertexto, a Rabbi copularentur, ortum fuisse nobis videtur. De Fascia Coccinea, die expiationis albescente, cum supra (qqq) egerimus, ut & de filo coccineo (σσσ) quo altare exterius ad discernendas sanguinum sacrificiorum aspersiones, circumdatum fuisse fertur, cum nihil sit certum, non multis dispiciamus. Quemadmodum vero hic color itidem apud gentes magno erat in pretio, & sane regius (τττ) ita sacras etiam suas personas, ut Augures (υυυ) Salios (φφφ) & Sacerdotem Saturni (χχχ) Romanorum fastus eodem amicare voluit. De Tunica Christi inconsuili subrufi coloris, in Monasterio Argentolio prope Lutetiam, ex revelatione divina additis literis (ψψψ) inventa (ωωω) ut & de ea, quæ ex fusco, rubro, cinereo, & cyaneo mixta colore, ad candelam, cinnabaris instar non præparata lucet, & ineffabilem colorem spargit, asseraturque apud Treviros (αααα) quia utramque supposititiam simus, plura jam sadder operæ pretium non judicamus. Hospitalarios vero, quorum baltheus ruber, cum cruce alba, & chlamys atri coloris, cum cruce, tempore pacis nigra, tempore belli vero rubra (εεεε) itemq; Templarios, quorum pallio candido Papa Eugenius crucem rubram, quæ, illos paratos esse ad moriendum pro crucifixo, testaretur (γγγγ) affixit, aliosque plures uberior commemorare possemus, nisi ab instituto nostro nimis decedere videremur.

§. V. (μμμ) Exod. 26. 1. seqq. vid. supra §. 2. h. Cap. (\*) Probat hoc 2. Sam. 1. 24. 1bren. 4. 5. Apoc. 17. 4. cap. 18. 16. Lundius l. c. c. 3. L. 1. (vvv) Sic & חולעת no-

rat vermem, quia fit hic color ex sanguine ejus. vid. Dioscor. Lib. 4. cap. 48. Bochart Hieroz. Part. 2. Lib. 4. Cap. 27. ex Arabibus: Saripb, Alemanno & c. Color quidem Carmesing est idem coccuus, obscurior vero fit arte Lund. l.c. l. c. 3. (ⲔⲔⲔ) Braunius de Vest. Sacerd. cap. 15. tot. de Coccino Lib. 1. conf. Plin. Hist. Lib. 9. cap. 41. Lib. 16. cap. 8. Zebner Similit. Bibl. n. 71. Schindler. Lex. Pentagl. in חֲבִיטָה. Vrsin. Anal. Sacr. part. 1. Lib. 3. cap. 28. §. 2. Dieterich. Antiqu. Bibl. ad Es. 1. 18. Bonfrer. ad Exod. 25. 4. Major. Not. 6. ad Column. de Purpura cap. 1. §. 11. 13. (ooo) ex 2. Sam. 1. 24. & Jer. 4. 30. Ita Vrsin. Anal. S. part. 1. Lib. 6. §. 15. cum Sanctio putat, (ⲱⲱⲱ) Disp. Carpzovii de Chuppa Hebr. ex Mafsechet Sota, & ex Minbagim (ppp) §. 2. Cap. 1. (σσσ) Braunius l.c. & in Comment. de Sacrificiis, & Oblat. (τττ) Imperatorum enim paludamentum erat ex cocco, auro, & purpura distinctum. Plin. Lib. 22. c. 2. Alex. Severus chlamyde coccinea est usus, illudque in thermis solum imperatorium habuit, quod lacernam coccineam accipiebat. Aelius Lamprid. in Vita ejus. Sic Commodus ap. Vopiscum in Vita Valeriani: Vt tibi insigne aliquod Imperialis Majestatis accedat, habebis utendi coccinei pallii facultatem me prasente. vid. Pric. ap. Waleum ad Matth. 27. 28. (υυυ) Supra §. 3. hujus cap. (ΦΦΦ) Dionys. Lib. 6. (XXX) Tertullian. de Pall. (ⲚⲚⲚ) Qvæ. quod a B. Matre Christi, cum puer esset, consecratus fuisse testarentur. (ωωω) Rupertus Montens. Abb. Normannus, Continuator Sigeberti Gemblacens. ad an. Chr. 87. p. 144. ed. Scharidii. Salmeron. Tom. 10. Comment. in Nov. T. 38. Anonym. Kurzer Bericht An. 1655. ed. conf. Tr. de Tunica Christi Inconfusili Job. Georg. Dorschei, ubi plures ejusmodi supposititias tunicas videbis. De chlamyde purpurea, Christo in ludibrium injecta. vid. Job. Frid. Heckelii Habitus Christi Regius. (EEEE) Jac. de Viriaco in Hist. Hieros. Lib. 1. cap. 30. Hildebrand de Relig. p. 83. & 84. (γγγγ) Jac. de Viriaco. l. c. Lib. 1. cap. 31. De Ordine Jesu Christi, de Sancta Maria, S. Lazari, S. Stephani, S. Jacobis Compostellanorum, S. Jac. de Spalba, qui omnes pro insigni cruce rubra uruntur, vid. cap. Hier. Megiser. de Origin. Ord. Equestr. Aub. Mirai Orig. Equestr. conf. & Jongelini Origin. itemque Limnaeus de Jure Publ. Lib. 6. Cap. 2. & Hildebrand de Religios.

C A P. IV.

DE COLORE COERVLEO.

§. I.

**L**icet equidem Agrigentini (α) tanto odio hunc colorem sint persecuti, ut ne ulli quidem coloris carulei gestare vestimenta permitterent; idque potissimum, quod satellites tyranni Phalaridis, & corporis ejus stipatores,

tores cœruleo colore in subligaculis usi fuerint: faustas tamen, ac cum bono auspicio conjunctas significaciones, si tantum *luctum*, per hunc colorem olim designatum (\*) excipias, semper obtinuisse legimus. *Justitia* enim, *claritatis*, ac *fama* (E) fuisse symbolum, & *pulchritudinem*, *humilitatem*, itemque *sanctitatem* (γ) designasse, insignium gentilitiorum scriptores nos certiores faciunt. In *Sacris* erat apud gentem *Hebraeam* hic color gratissimus, & per חכליל quod alii minus recte per *nigrum* (δ) *flavum* (ε) *viridem* (ζ) *violaceum* (η) plurimi vero rectius per *σαυδον* (θ) reddidere colorem, designabatur. Ex חליל autem, *conchylio* quodam, s. potius sanguine ejus hic color (i) conficitur, & quoniam post 70 annos semel tantum provenire Hebræis (κ) dicitur, habetur rarissimus. *Abasverus* enim, cum pretiosissimis, & regis sane vestibus Judæorum *Mardochai* exornare vellet, albis, & hoc colore infectis vestimentis eum amiciri iussit. (λ) In *Sacris* Leviticis, præter vestes, & vela, quæ opere polymito confecta supra (μ) recensuimus, erat hoc charo colore tinctæ omnes vittæ, quæ Pectorale Ephodo, & laminam auream tiaræ antistitis alligabant. (ν) Hoc colore etiam pallium כמיל (Ξ) (LXX. *αὐδὴνης*) quod ἄλκυονίδος (ο) dicitur, erat conspicuum, & Judæorum veterum *simbrias hyacinthinas zizith*, quæ ob penuriam hujus coloris hodie sunt *albæ*, ita quoque fuisse coloratas (ω) compertum habemus. Cumque igitur hic color tanti esset pretii, atque quam maxime rarus, non adeo gentilibus in *Sacris* eum tam frequenter imitari, fuit concessum. Sunt tamen quidam ex Religiosis Christianis, qui huic cœruleo colori, quamvis a חכליל maxime diverso, ut sacro studuerunt. *Cruciferi* enim, a cruce, quam semper gessisse dicuntur, denominati, cœruleo a Pio II. Mantuæ accepto habitu, sunt usi. (ρ) *Cælestinos quosq;*, qui a P. Mornæo autore, postea sub *Cælestini* nomine Papa orti feruntur, a vestitu cœruleo, cœlo sereno simili, esse appellatos (σ) historici testantur. *Sodalitatem*, seu ut nominant, *Fraternitatem S. Coronæ* vestibus iisdem cœruleis indutam (τ) & quos supra ante pectus T. ejusdem coloris gestasse vidimus *Antonianos* (υ) quia ad flavū colorem accelerare debemus, sine mora relinqvimus.

S. I. (α) *Plutarchus in Politic. Alex. ab Alex. Gen. Diar. lib. 6. cap. 18. Sic apud nos est injuriosa vox ein Blaustrumpff; Blaumantel; quales nos, ut Moscovitæ einen Blaurock; si fame est fides, odio prosequimur.* (\*) *Ap. Romanas Matronas luctuosus hic color habebatur. Rupertus ap. Valer. Max. Lib. 2. c. i. Disp. 1. S. 2. conf. Alex. ab Alex. c. 7. lib. 3. Cæl. Rhodigin. Lib. 17. ex Varro-ne. S. ap. Persas ex Oleario Francisci l. c. idem observat. Sic S. Polydorus, filius Eriapi, ita olim lucebat. Servius ad Lib. 3. Æneid. v. 64. S. Sin nses, defus;*



defunctis parentibus, vel in charta carni ea, vel flava scribunt. Vid. *Histor. Sinica* Lib. 1. cap. 33. Trigautii ap. *Calvær* Lib. 3. Sect. 1. c. 2. p. 810. (E) *Beemann*. *Not. Dign. Illustr.* Disp. 6. cap. 3. §. 2. *Conf. Plato in Timeo.* (γ) *Chassan. l. c. Confid. 38. Concl. 65.* Paris de *Puteo Tr. de Re Milit.* Lib. 7. Q. 3. n. 17. *Barrol. Tr. de Arm. & Insign.* (δ) *Japhet ap. Aben Esra ad Exod. c. 25.* (ε) *B. Lutherus* passim, quem excusamus, quod purpuram per coccineum, ΨΨ per album sericum, & hoc loco caruleum colorem per flavum sericum, cum abarbanele, qui *Exod. 25.* omnes colores pro sericis habuit, fuerit interpretatus. *conf. Braunius Lib. 1. cap. 8. de Vestitu. Sacerd. Hebraeorum.* ΨΨ enim byssum s. linteum notare, הכלה vero caruleum colorem *Braunius cap. 6. & cap. 13 Lib. 1.* *Landius in Jüd. Heiligth.* cap. 3. *Lib. 1.* aliique satis probarunt. Sericum vero esse posteriorum seculorum inventum ex *Polydor. Virgil. de Ino. rev. Lib. 3. cap. 6. Jonston. Taumatograph. Natur. class. 8. c. 4. & Braunio, cujus totum hac de re cap. VIII. Lib. 1. l. c. innotescit.* Quod etenim ΨΨ *Ezech. 6. 10. 13. (LXX τριχαινον)* sit sericum, illius q, ab omni ævo inter Judæos usus fuerit notus, ut dicitur in *Chagiga c. 2. fol. 16. Targum Gemara ad Esth. 1. 8. c. 6. 8. 9. 10. Massech. Sota cap. 11. fol. 49. conf. Breschii Rabba,* ubi ad temp. *Abrabami* refertur, satis excussit *Doctiss. Braunius l. c. (ζ) Aben Esra, Jarchius ad Exod. 25. aliique ap. Münster. l. c. (η) Bonfrer. Comment. ad Exod. l. c. (θ) ut LXX. Josephus, Philo, Aquila, Symmachus, Theodotion, Vulg. Hieronymus, Deodat. Arab. لؤلؤس cæli color. لؤلؤ. Est autem ex lapide, & flore hyacinto hic color denominatus. Cum vero hi variant (vid. *Isidor. Origin. Lib. 16. c. 9. Solinus cap. 23. de Æthiop. conf. Plin. Lib. 37. c. 9.*) illorumque color sit diversus ap. *Boetium Lib. 11. de Lap. & Gemm. cap. 29. & 30. & ap. Laet. de Lap. & Gem. Lib. 2. cap. 6. conf. Epiphani. de Gem. in Vest. Aaron. Braunius L. 1. c. & Lib. 2. c. 14. de hyac. res est dubia; habetur tamen cælo similis, Hieron. ad Ezech. 16. Ambros. in Apoc. 21. 20. vel Mari, Hier. ad Demetr. Ep. 7. Ovid. Art. Am. Lib. 3. Aeris ecce color & c. Et jam Cicero in Academ. 11. Quid mare? nonne caruleum? Et ipsi Judæi talem putant. Philo de Vita Mosis Lib. 3. 11. de Congress. quæ. Erudit. gratia. Kimchi *Exod. 25. Abarbanel l. c. conf. Gemara Menachoth. cap. 4. Maimonid. Kele Hammik cap. 8. & Hulch. Zizith cap. 2. Ex nostratibus vid. Buxtorff. Lex. Talmud. rad. הכל Bochart. Hieroz. Part. 2. Lib. 5. cap. 9. 10. 11. Wagenfeil. ad Gemar. Sota. cap. 2. Sect. 2. Cum enim color Φοινίξ, τετρακτιον τὸ πορπὸς asseritur, & purpura mare significat, cum coctæ sanguine tingatur, hyacinthinus color aerem tandem representat. vid. *Joseph. Ant. Jud. Lib. 3. cap. 8. Philo de Congress. Erud. qu. gr. pluribus (i) Massechbet. Menachot. Cap. 4. fol. 44. Jarchius Ex. 25. Kimchi in Lex. Maimonid. l. c. ubi etiam rationem tingendi in ejus Hulch. Zizith. c. 2. Sect. 2. invenies. Conf. Alberius****

berius *Gentilis* cap. 1. Lect. *Virgil. Alciatus* Lib. 2. cap. 1. *Parergon. Wolsf. La-  
zium* Lib. 8. *Reipl. Rom. Fabius Columna de purpura.* c. Not. *Major. Coccejus in  
Lex. חכך. Varias Conchylii species* vid. ap. *Plin. Lib. 9. cap. 35. Salmaf. ad Ter-  
tull. de Pallio.* (u) *Buxtorff. Lex. Talmud. in חלח Lundius* Lib. 1. c. 3. n. 15. 16. & c.  
ubi etiam historiam hoc de colore ridiculosam ex *Megilla* refert. conf. *Bochart.  
Hieroz. Part. 2. Lib. 5. cap. 9.* (λ) *Esth. 8. 15. conf. Ezech. 27. 7.* (μ) cap. 3. §. 2. (v)  
*Braunius* Lib. 2. cap. 6. §. 450. & cap. 22. §. 677. aliique (ξ) *Cuneus* Lib. 2. cap. 1.  
*Repl. Hebr. Braunius. l. c. cap. 5. Lundius* cap. 5. Lib. 3. l. c. conf. *Joseph. Lib. 3.  
Ant. Jud. c. 8. de Bello* cap. 6. Lib. 6. *Pbilo de Monarch. p. 686.* (o) *Sup. 18. 24.* (π)  
*Hilch. Zizib. Maimonid. Braun. Lib. 1. cap. 5. l. c. Christiani Juden Glaube  
und Aberglaube. cap. 5. p. 38. 39. seq.* (p) *Sabellicus Ennead. 9. Polyd. Virgil. L. 7.  
cap. 3.* (σ) *Barleus Cent. 7. Brit. cap. 50.* (τ) *Hildebrand. de Religios. Tit. Fratern.  
(v) Supra* cap. 3. §. 4. fff.

## CAP. V.

## DE COLORE FLAVO.

## §. I.

**H**Vnc sane colorem, præsertim in auro nativum, omnia *fausta*, ipsum-  
que aureum, & fortunatum seculum notare (Φ) res est evicta. Atque  
exinde, quod hoc seculum omnes desiderant, *desiderii* symbolum flavum  
esse colorem (χ) facile nos suspicamur. Quod vero *sapientia* sit  
nota (ψ) *Præsides publicarum disputationum* in Hispania, dum pileolo crista-  
to (mit dem Federbusche) caput exornant, palliumque gestant flavum (ω) sa-  
tis testantur. Significat insuper *letitiam*, & *fidelitatem* hic color, (αα)  
immo apud *Chinenses* (εε) habetur *regibus* proprius, cæterisque omnibus  
plane interdictus. Idcirco, quod alioquin ab aliis abjectus, suspectusque color  
hic reputetur, non immerito miramur. *Matronis* enim *Romanis* nigram pro-  
batam fuisse comam, meretricibus vero flavam (γγ) nullum est dubium: in  
primis cum *Græci*, & *Romani* in scena publica *puellis* colorem *bysinum*, &  
candidum, *sacerdotibus* album, *adolescentibus* pro eventu tunicam, *letis*  
candidam, *mæstis* vero obsoletam, diviti purpuream, *pauperi* punicæam, *seni-  
bus* atram, *leonibus* verficolorem, meretricibus vero luteam assignaverint. (δδ)  
Apud nos non solum *moriones* flavo colore, utpote contempto, nihiliq; æstu-  
mato, vestiuntur, sed etiam, quod maximum, *proditoribus* tribuitur: quando-  
quidem, & *proditor Judas* flavo pallio indutus depingitur (εε) & *Judæi* nostri  
Germani, daß sie einen gelben Ring an den Kleidern öffentlich fragen/  
a Magistratu Christiano publica lege devinciuntur. (ζζ) Sic in *Italia* ut *Para-  
vii* Antenoris, & *Romæ* flavis pileis, & in *terra Venetorum* bireto, crocei colo-  
ris,

ris, ut ab omnibus in opprobrium, & eorum ignominiam dignoscantur, sunt insignes. (77)

§. I. (P) *Notic. Imp. Orient. §. 1. cap. 37. Pancirolli, ap. Beckmann. Not. Dign. Ill. Diss. 6. Cap. 3. §. 2. (X) Guil. Benedicti in c. Raynaud. verb. duas habens filias, n. 110. ext. de Testam. (Y) Cael. Rhodiginus Lib. 4. Antiqu. Lect. cap. 24. (w) Zeiler. in Itin. Hispan. p. 48. (aa) Guilhelm. Benedicti. (bb) Thomastus Diss. de Jure circa Colores. cap. 2. §. 43. (γγ) Servius in Virgil. Æn. IV. referente Lipsio ad Tacit. p. m. 545. Mor. Germanor. Hoping. idem notat ex Vetere Juvenalis Scholiaste Jur. Insign. cap. 1. 8. §. 9. n. 183. pro eadem sententia Alex. ab Alexandr. citat Kornmann. de Jure Virgine. cap. 75. Nostras virgines qui color vestimentorum, & capillorum deceat, vid. Idem l. c. (dd) Rappolti Comment. ad Horat. Epist. 61. cap. 38. Conf. Scaliger de Art. Poetica lib. 1. cap. 13. 17. (ee) Kornmann. de Jure Virgine. c. 47. p. m. 173. (ff) Reform. Polit. de an. 1536. t. 22. §. 1. ap. Kornmann. l. c. (77) Kornmannus l. c. Lipsia ita de Judeis est constitutum. Die Anzeige / Schuß oder Mauth-Zettel / auch gelben Flecklein soll ein jeder Jude bey sich haben / jedwedem der Diaths-Diener / oder auch Stadt-Knechte solches auff begehren vorzuzeigen / oder den begehrenden Diaths-Diener / oder Stadt-Knecht in Verweigerung = Fall einen Reichsthaler verfallen seyn. Leipz. Juden-Ordnung. S. 6.*

§. II. In sacris equidem olim Leviticis hic color in auro natus, maximo fuit in pretio. Vestes enim Judæi distinguebant, ut supra audivimus, in aureas, albas, & communes. (88) Et licet sane aureæ non dicerentur, quod omnes fuerint ex auro confectæ, sed quod cæteris ornatiores haberentur: erant tamen aurea fila in Ephod (u) & Pettorali (xx) quod & illi aureis annulis catenulisque alligabatur, (λλ) maxime conspicua. Ut taceam, quia jam, ab aliis saltis superque est illustrata, *Λαμινam* Antistitis auream, nomine ליהוה קרש valde insignem (μμ) Enim vero aurum, adeoque colorem luteum apud omnes fere gentes in usu fuisse, non eget probatione. *Dialem* enim *Sacerdotem*, & *Collegium Elavialium* coronis aureis interdum superbuisse (ww) Flamines quoque auro vestitos (ξξ) & sacrificantem Afellum prætorem *ἱερᾶν ἢ ἐπιγυσσον ἑδῆτα ἄς θυσία περιπέμενον*, gestasse (oo) cum multis aliis in medium producere possemus, si quis in dubium hæc vocare forsitan vellet. Cum vero, quod res est, dixerimus, *Siamitarum* (ww) & *Magni Mogoris Sacerdotes* (pp) qui huic flavo coloris, ob similitudinem solis ipsi maxime sacro, diligenter student, nos convertimus. Isti enim, cum scemina loqui

loqui flagitium ingens esse, rati, cum *Braminis*, *Selta* in Insula *Zenlon* Pythagoræ (σσ) quæ nihil trucidat, flavo vestitu amici incedunt. Hi vero colore luteo (quem lugubrem etiam habent) quo omnino sinistra averruncare sibi persuadent, in sacris se illinere religioni sibi dicunt. Quibus tandem, si *Lamis*, vivi istius in regno Tanguthano, Idoli Sacerdotes junximus, eosque pileo rubro, stola alba, & flavo pallio, baltheoq; rubro indutos fumus contemplati (ττ) de colore flavo plura dicere super sedemus.

§. II. (θθ) *Braunius* cap. 2. *Libr. 1. p. 15. Lundius* *Lib. 3. cap. 3. Add. Autores supra* §. 3. *cap. 1. citati* (υ) *Joseph. Lib. 3. Ant. Jud. cap. 8. & supra citatos Autores* §. 2. *cap. 3. αα. (κκ). Conf. eosdem Autores supra* (λλ) *Braunius* *Lib. 2. c. 7. l. c. (μμ) Joseph. L. 3. Antiq. Jud. c. 8. Lib. 6. de Bell. cap. 6. Cuneus* *Lib. 2. de Republ. Heb. c. 2. Sberingam. Not. ad Joma. c. 7. Sct. 5. p. 173. Selden. de Success. in Pontific. Lib. 2. c. 7. Leysden. Philol. Hebr. mixt. dissert. 27. R. Levi Barselon. ap. Hottinger. de Jure Hebr. n. 99. conf. Philo* *L. 3. de Vit. Mosi. Buxtorff. Lex. Talm. Rab. rad. VVV. & Lexicon Hebr. voc. אדריכום. In Descrip. Palest. sp. in Jerus. n. 85. Bonfrer. ad Ex. 28. 36. Braunius* *L. 2. c. 22. Sacerd. Vest. Lundius* *l. c. cap. 7. Lib. 3. (vv) Sueton. c. 14. in Vit. Domitian. (ξξ) Virgil. Aeneid. 4. Et tenui tela discreverat auro* (οο) *Appian. de Bell. Civil. Lib. 1. Conf. Lib. 2. ubi triumphali veste sacrificans fuisse dicitur. Persius* *Sat. 2. ita: Dicite, Pontifices, in Sancto quid facit aurum? (ωω) Rossius* *Relig. Mund. L. 2. Qu. 18. cum not. Nerretet. §. 1. conf. Abrah. Rogers* *offene Thür zum Heydenshum. cum Additam: Arnoldi* (pp) *Hazari. Kirchen-Gesichte. Part. 1. cap. 3. Rossius* *l. c. His Idololatriis, ubi quendam conveniunt, statim ipsi mappa candida substernitur. (σσ) W. alth. Schulzens* *L. 2. c. 20. p. 197. Peregrin. Ind. Oriental. (ττ) Hi Lame, si excrementa magnæ sui Lame nancisci possunt, ea ut res valde sacras, & loco amuletorum collo suspensa gestant. E. G. H. Thesaurus Exotic. p. 32.*

## CAP. VI. &amp; VLTIMUM.

DE COLORE VIRIDI, VIOLACEO,  
ET TANDEM GRISEO.

## §. I.

**V**iridem extremo hunc colorem præter honorem, amorem (a) & spem, (b) significare latitiam, robur, & vigorem (c) nos edocemur. Quæmadmodum

dum enim colores *singulis vitæ humanae conditionibus*, ut *infantia* usque ad an. VII albus, *impubertati* usque ad an. XXV cœruleus, *juventuti* usque ad an. XX aureus, seu flavus, *virilitati* usque ad an. LXX rubeus, niger denique *senectuti* adscribitur; sic *ætati virili* usque ad annum XXX *Viridis* proprius, & conveniens cœpit haberi. (d) Non vero solum apud *Græcos Imperatores* hic color maximo in pretio fuit (e) sed apud hodiernos *Turcas* eum maxime sacrum esse experimur. *Emori* enim, qui *Muhamedis* se jactitant consanguineos, viridem gestant pileum (Turbant) idque potissimum, quia eo colore *Muhamedem* amictum fuisse putant. (f) Hinc, si quis hoc colore, membra, quæ ipsa natura occultare videtur, obtexerit, inexpiabile flagitium commississe sibi persuadent. (g) Quamvis autem e contrario ap. *Gallos, decoctores*, qui cesserunt bonis, pileo viridi, ab ipsis creditoribus subministrato uti cogantur, & quod sine hoc pileo deprehensi, in carcerem retrahi possint, a curia Parisiensi obligarentur. (h) *Episcopi* tamen Romanæ Ecclesiæ peculiare sibi viride tegmen, sive galerum, in signum virentis in propaganda ecclesiæ studii, elegerunt. (i)

§. I. (a) *Chassan. Cap. V. Catal. Glor. Mundi Consid. 38. concl. 67. (b) Andr. Alciatus in Emblem. 117. (c) Panciroll. Coment. in Not. Imp. Orient. cap. 27. ap. Becmann. l.c. (d) Harsdœrffer. in Frauen Zimmer 1. Theil 12. Gespräch. (e) ex Schickardo Ziegler. de Jure Majest. Lib. 2. cap. 21. §. 14. De viridibus literis vid. c. 3. §. 1. (f) E. G. H. Thesaur. Exotic. p. 198. 199. Namq. I Tartari del Zegarangia, i Batriani, c' habitano oltro il mare Caspio, perche professano di essere della discendenza de Mahometo, portano il Tulpante in capo, di color verde, onde sono detti Jesi, bilbassi. vid. L'Otomanno di Lazaro Soranzo parl. 2. num. 49. p. 67. Perse vero, qui Muhamedi sub Ali sunt addicti, quique a ceteris Muhamedanis maxime dissident, rubrum pileum ob hoc dissidium gestare dicuntur. Anselm. Solerius Sect. 8. de Pileo. conf. Job. de Barros Decad. 2. Asia L. 10. cap. 6. Oforius de Reb. Eraman. Lib. 10. Sansoninus de rebus Turcicis. Florim. Remondus de Heresi. Natal. Lat. c. 4. Lyccha de Vexillo viridi Turcarum Meorhe asservato, summag. religione culto vid. Thuan. L. 15. Hist. p. 729. ed. Franc. (g) E. G. H. Thesaur. l.c. (h) ex Lovetio recenset Limneus Tom. 1. Add. ad Lib. 4. c. 3. p. 313. conf. Perez. ad Cod. qui bon. ced. poss. n. 22. Alibi bujus sortis homines flavum pileum gerunt. Limneus l. c. uti & Jure Saxonico constitutum. Erled. 1661. Tit. von Justitien-Sachen. §. 78 (i) Petrus Bellonus Lib. 3. Observ. cap. 24. Solerius l. c. Sect. 13. p. 288. ubi etiam de Miris Clericis plura lectu, & notatu digna in medium producit.*

§. II. Quemadmodum autem *Cardinales* purpuratos, *Episcopus* mitra viridi tectos incedere percepimus, ita & *Praelatos* habitu violaceo indutos esse, alii (k) nos docent. Hoc enim *animum erectum, studium, & sapientiam* aliasque virtutes denotari, mitra *Magistorum* violaceæ, ut & pallium violaceum *Decani Philosophici* in alma *Philurea*, omnino nos monent. *Anglia, & Gallia* cæteroque *Regibus* singulare est, ut in luctu, non nigris, sed violacei coloris vestibus utantur (l) ideo, cum *Ludovicus XII* Annæ conjugis mortem in vestitu atro lugeret, & *Ludovicus XIV* audita morte *Cromvelli* atratus incederet, omnibus mirum videbatur. (m)

§. II. (k) *Thomasi Disp. de Colorum Jure c. 2. §. 59.* (l) *Grammondus Hist. Lib. 1.* (m) *Beermann. Not. Dign. Illustr. Diss. 6. c. 1. §. 8. an ultimum hoc factum in signum acerbi luctus, an quod regio luctu indignum Cromvellum Rex judicaverit, qui hujus affirmativam tenet, consulatur Beermann. l. c.*

§. III. Griseum tandem colorem, & griseos sub hoc fratres *Cistercienses* (n) *Carmelitas*, pauperesque *Minoritas* s. *Franciscanos* salutamus. *Carmelita* equidem, qui prius usi sunt vestibus diverso colore præditis, & ex rutilo virgulatis, quod ita vestitum *Eliam* crediderint, postea cappas albas, & tunicas griseas sulceperunt: sed eo habitu, ut ex *Ægypto*, & *Syria* ejicerentur, effecerunt (o) *Franciscani* autem, de quorum vestitu graves olim inter *Nicolaum III.* *Clementem V.* & *Johann. XXII* controversiæ sunt motæ, tunica ad talos demissa, grandibusque cucullis grisei coloris vestiuntur: de quibus *Bavius* quidam ita cecinit:

*Chordula nodosa, pes nudus, cappa dolosa:*

*Hæc tria nudipedes ducunt ad tartara fratres.*

Et hic vestitus est, cui in Romano cœtu tanta vis, & sanctimonia tribuitur, ita, ut multi principes in tali vestitu mori, ac sepeliri voluerint, cura tamen *Francisco* nude mori, ut & in hoc *Christo* conformis fieret (p) placuisse, certissime constat.

§. III. (n) *Fusus de his Monachis exponit Barlaus Cent. 2. Scriptor. Brit. cap. 63.* (o) *Polydorus Virgilius Lib. 7. cap. 16. Sabellicus Ennead. 9. Sebastian. Franckius in Chronico suo. Hildebrand. de Religiosis, eorumque Ordinibus variis Tit. Carmelit. p. 66.*

(p) *Idem. Tit. Franciscani.*

Wittenberg, Diss., 1707

Wittenberg, Diss., 1707

ULB Halle

3


003 588 122




f  
e.

v. d. 8









Farbkarte #13

B.I.G.



כה  
 GNIFICENTISSIMO,  
 RINCIPE, AC DOMINO,  
 ICO AVGVSTO,  
 OVE ELECT. SAX. HEREDE  
 ETC. ETC.  
 RTATIONEM  
 DE  
 ESACRO,  
 PECIATIM  
 TITVS  
 DOTALIS,  
 D ALBIM ACADEMIA,  
 O LOCO  
 CVLTATE PHILOSOPHICA  
 VOLE CONCESSO,  
 TORVM EXAMINI SISTIT  
 RÆSES  
 SPAR. Grause/  
 O-MISNICVS,  
 PONDENTE  
 NDO SELTMANNO,  
 RGA - MISNICO,  
 OBR. ANNO MDCCVII.  
 TORIO MAJORI.  
 LITERIS MEYERIANIS

1707 9  
51352

